DE
OPERUM ET DIERUM HESIODI
COMPOSITIONE
FORMA PRISTINA ET INTERPOLATIONIBUS.

PARS PRIOR.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

AUGUSTUS STEITZ.

MOENOFRANCOFURTANUS.

GOTTINGAE, MDCCCLVI.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

(GUIL. FR. KAESTNER.)

De Operum et Dierum Hesiodi compositione pristinaque forma si post tot scripta virorum doctissimorum in lucem prodit commentatio nova, ejus auctorem commentationis non fugit fore, ut incepto suo commune hominum philologorum judicium minime faveat. Etenim quaestio illa, de qua post Twestenii Thierschiique curas Lehrsius et Rankius sententias plane contrarias tulerant ita, ut utrique alii interque eos summi viri adstipularentur: postquam et Goettlingius et Heyerus mediam quandam viam neque eam tamen si minus omnibus, saltem plerisque probatam ingressi sunt: merito inter inextricabiles habenda esse videatur, ut multi sine dubio faciant cum Bernhardyo censente (gr. Lit.-Gesch II, p. 179) amplum illam subjectivae quam vocamus criticae praebere campum. Ego vero neque tantum mihi arrogo, ut eadem, qua illi usi sunt, via atque ratione a me indagatum iri putem, quae praeterierint oculos illorum, neque sperare possum fore, ut sine novis gravibusque argumentis cujusquam plausum feram: praesertim quum hujusmodi quaestiones nonnunquam auctoritate, quae mihi est nulla, magis quam argumentatione commendentur. Sed si jam ante hos sedecim annos vir clarissimus Ferdinandus Rankius in commentatione sua altera, cui index est: hesiodeische Studien quaerere potuit (p. 3): „wer aber hat bisher sich zu den Füssen des Hesiodos niedergesetzt und das

Wissen und die Weisheit des merkwürdigen Sängers aus ihm selbst und durch die naheliegende und nothwendige Vergleichung mit den homerischen Gedichten zu entwickeln und auf sichere Gesichtspunkte zurückzuführen getrachtet?“ vel hodie non minore paene jure idem illud, quatenus ad Operum quidem perscrutationem spectat, quaeri licet. Quamvis enim, qui post illam commentationem editam Operum et Dierum carmen universum aut ediderunt aut examinaverunt, de exegesi ejus bene meriti sint, quaestio a Rankio proposita adhuc est fere intacta.

Neque ego omnium investigationem rationum atque necessitudinum, quae poesi Hesiodeae cum et Homerica et posteriorum temporum poesi intercedant, nunc ut summam disputationis mihi sumpsi. Nam etsi hunc locum, in quo judicia de singulis multis tamquam fundamento suo nituntur, non plane praeterire poteram: tamen id maxime huius commentationis esse existimabam, ut in compositione Operum et Dierum exploranda sententiisque de locis, qui dubitationem moveant, ferendis saepius, quam adhuc factum est, et ceteras nominis Hesiodei reliquias et carmina Homerica in judicium vocarem. Etenim opusculum meum nihil esse vult nisi prolusio quaestionum uberiorum de cogitandi sentiendique ratione et arte poetica Hesiodi neque cuiquam magis quam mihi persuasum est multa, quae hic erunt proferenda, tum demum pro certis exploratisque habenda esse, quum mihi eundem cursum illinc orso et iterum emenso probata et confirmata constiterint.

Libros eorum, qui hanc materiam tractaverunt, plerosque diligenter perlegi; quae illis debeo, in acceptis retuli, ne ibi quidem nominibus celatis, ubi quem sive in eandem sive similem sententiam incidisse reperi. Quod si uno alteroque loco incuria non fecerim, ejus rei etiam atque etiam excusationem peto. Sunt autem illi libri:

A. Twesten, comment. crit. de Hesiodi carmine, quod inscribitur Opp. et DD. Kil. 1815.

F. Thiersch, de gnomicis carminibus Graecorum (in act. phil. Mon. tom. III, p. 391 sqq.). 1820. — Priorem ejusdem commentationem (in Denkschr. d. Acad. zu München 1813) adeundi facultas mihi data non fuit.

C. Lehrs, quaestiones epicae. Regiom. 1837. Dissert. tertia: de Hesiodi Opp. et DD.

C. F. Ranke, de Hesiodi Opp. et DD. comment. Gotting. 1838. ejusdem Hesiodeische Studien. ibid. 1840.

C. Goettling, Hesiodi carmina rec. et comm. instr. ed. alt. Goth. 1843.

E. Vollbehr, Hesiodi Opp. et DD. recogn. proleg. scrips. cett. Kil. 1844.

T. L. Heyer, de Hesiodi carmine, quod Opp. et DD. inscribitur, forma antiquissima. Suerin. 1848.

J. A. Hagen, meletemm. critt. in Hesiodi Erga, Marcodur. 1841. 1848. 1854.

Commentationes non ad universum carmen spectantes suo quaeque loco afferentur.

§. 1.

De ea aetate, qua primum omnia Operum et Dierum capita cognita fuisse reperiamus.

Quum et historiae temporum illorum, quibus poesis Hesiodea exorta est ac floruit, nox sit offusa, nec quidquam de auctore carminis nostri certo sciamus, nisi quod ex ipsius locis de interpolatione non suspectis colligimus: jam quaestio de unitate et compositione Operum et Dierum ordiri debet ab ea aetate, qua primam eorum notitiam inveniemus. Qua aetate quasnam partes notas fuisse constet anquirendum est et deinde usque ad illa saecula progrediendum, quibus omnia capita circumlata esse testimoniis historicis probabitur.

De Operum et Dierum Hesiodi compositione pristinaque forma si post tot scripta virorum doctissimorum in lucem prodit commentatio nova, ejus auctorem commentationis non fugit fore, ut incepto suo commune hominum philologorum judicium minime faveat. Etenim quaestio illa, de qua post Twestenii Thierschiique curas Lehrsius et Rankius sententias plane contrarias tulerant ita, ut utrique alii interque eos summi viri adstipularentur: postquam et Goettlingius et Heyerus mediam quandam viam neque eam tamen si minus omnibus, saltem plerisque probatam ingressi sunt: merito inter inextricabiles habenda esse videatur, ut multi sine dubio faciant cum Bernhardyo censente (gr. Lit.-Gesch II, p. 179) amplum illam subjectivae quam vocamus criticae praebere campum. Ego vero neque tantum mihi arrogo, ut eadem, qua illi usi sunt, via atque ratione a me indagatum iri putem, quae praeterierint oculos illorum, neque sperare possum fore, ut sine novis gravibusque argumentis cujusquam plausum feram: praesertim quum hujusmodi quaestiones nonnunquam auctoritate, quae mihi est nulla, magis quam argumentatione commendentur. Sed si jam ante hos sedecim annos vir clarissimus Ferdinandus Rankius in commentatione sua altera, cui index est: hesiodeische Studien quaerere potuit (p. 3): „wer aber hat bisher sich zu den Füssen des Hesiodos niedergesetzt und das

1

De Operum et Dierum Hesiodi compositione pristinaque forma si post tot scripta virorum doctissimorum in lucem prodit commentatio nova, ejus auctorem commentationis non fugit fore, ut incepto suo commune hominum philologorum judicium minime faveat. Etenim quaestio illa, de qua post Twestenii Thierschiique curas Lehrsius et Rankius sententias plane contrarias tulerant ita, ut utrique alii interque eos summi viri adstipularentur: postquam et Goettlingius et Heyerus mediam quandam viam neque eam tamen si minus omnibus, saltem plerisque probatam ingressi sunt: merito inter inextricabiles habenda esse videatur, ut multi sine dubio faciant cum Bernhardyo censente (gr. Lit.-Gesch II, p. 179) amplum illam subjectivae quam vocamus criticae praebere campum. Ego vero neque tantum mihi arrogo, ut eadem, qua illi usi sunt, via atque ratione a me indagatum iri putem, quae praeterierint oculos illorum, neque sperare possum fore, ut sine novis gravibusque argumentis cujusquam plausum feram: praesertim quum hujusmodi quaestiones nonnunquam auctoritate, quae mihi est nulla, magis quam argumentatione commendentur. Sed si jam ante hos sedecim annos vir clarissimus Ferdinandus Rankius in commentatione sua altera, cui index est: hesiodeische Studien quaerere potuit (p. 3): „wer aber hat bisher sich zu den Füssen des Hesiodos niedergesetzt und das

Wissen und die Weisheit des merkwürdigen Sängers aus ihm selbst und durch die naheliegende und nothwendige Vergleichung mit den homerischen Gedichten zu entwickeln und auf sichere Gesichtspunkte zurückzuführen getrachtet?" vel hodie non minore paene jure idem illud, quatenus ad Operum quidem perscrutationem spectat, quaeri licet. Quamvis enim, qui post illam commentationem editam Operum et Dierum carmen universum aut ediderunt aut examinaverunt, de exegesi ejus bene meriti sint, quaestio a Rankio proposita adhuc est fere intacta.

Neque ego omnium investigationem rationum atque necessitudinum, quae poesi Hesiodeae cum et Homerica et posteriorum temporum poesi intercedant, nunc ut summam disputationis mihi sumpsi. Nam etsi hunc locum, in quo judicia de singulis multis tamquam fundamento suo nituntur, non plane praeterire poteram: tamen id maxime huius commentationis esse existimabam, ut in compositione Operum et Dierum exploranda sententiisque de locis, qui dubitationem moveant, ferendis saepius, quam adhuc factum est, et ceteras nominis Hesiodei reliquias et carmina Homerica in judicium vocarem. Etenim opusculum meum nihil esse vult nisi prolusio quaestionum uberiorum de cogitandi sentiendique ratione et arte poetica Hesiodi neque cuiquam magis quam mihi persuasum est multa, quae hic erunt proferenda, tum demum pro certis exploratisque habenda esse, quum mihi eundem cursum illinc orso et iterum emenso probata et confirmata constiterint.

Libros eorum, qui hanc materiam tractaverunt, plerosque diligenter perlegi; quae illis debeo, in acceptis retuli, ne ibi quidem nominibus celatis, ubi quem sive in eandem sive similem sententiam incidisse reperi. Quod si uno alteroque loco incuria non fecerim, ejus rei etiam atque etiam excusationem peto. Sunt autem illi libri:

A. Twesten, comment. crit. de Hesiodi carmine, quod inscribitur Opp. et DD. Kil. 1815.

F. Thiersch, de gnomicis carminibus Graecorum (in act. phil. Mon. tom. III, p. 391 sqq.). 1820. — Priorem ejusdem commentationem (in Denkschr. d. Acad. zu München 1813) adeundi facultas mihi data non fuit.

C. Lehrs, quaestiones epicae. Regiom. 1837. Dissert. tertia: de Hesiodi Opp. et DD.

C. F. Ranke, de Hesiodi Opp. et DD. comment. Gotting. 1838. ejusdem Hesiodeische Studien. ibid. 1840.

C. Goettling, Hesiodi carmina rec. et comm. instr. ed. alt. Goth. 1843.

E. Vollbehr, Hesiodi Opp. et DD. recogn. proleg. scrips. cett. Kil. 1844.

T. L. Heyer, de Hesiodi carmine, quod Opp. et DD. inscribitur, forma antiquissima. Suerin. 1848.

J. A. Hagen, meletemm. critt. in Hesiodi Erga, Marcodur. 1841. 1848. 1854.

Commentationes non ad universum carmen spectantes suo quaeque loco afferentur.

§. 1.

De ea aetate, qua primum omnia Operum et Dierum capita cognita fuisse reperiamus.

Quum et historiae temporum illorum, quibus poesis Hesiodea exorta est ac floruit, nox sit offusa, nec quidquam de auctore carminis nostri certo sciamus, nisi quod ex ipsius locis de interpolatione non suspectis colligimus: jam quaestio de unitate et compositione Operum et Dierum ordiri debet ab ea aetate, qua primam eorum notitiam inveniemus. Qua aetate quasnam partes notas fuisse constet anquirendum est et deinde usque ad illa saecula progrediendum, quibus omnia capita circumlata esse testimoniis historicis probabitur.

non solum non levioribus, sed vel iisdem vel gravioribus dubitationibus obnoxii sint, non paucos homines doctissimos acerrimos nacti sint propugnatores. Nimirum hic non suppetebant auctoritates criticorum Alexandrinorum, quae firmamento essent sententiis nostris (paucas illius criticae reliquias collegit Schömann. in dissert. de veterum criticorum notis ad Hes. Opp. et DD. Gryphisv. 1855. p. 10 sqq.) et Plutarchi auctoritas, qui longius processit — suumne an alienum judicium secutus non liquet — multo minus valet. Verum enim vero critica carminis Hesiodei non est desperanda. Nempe non omnis pendet e reliquiis criticis Zenodotorum et Aristarchorum ac quamvis aetas illa non solum temporibus poesis epicae fuerit propior sed etiam omnibus adjumentis doctrinae instructior: agedum conemur viam, quam illi praeierunt, sequi et quae moliti sunt in Homero, in Hesiodo ipsi periclitari.

Sed antequam singulas partes Operum et Dierum perlustrantes earumque contextum et compositionem investigantes certamen adversus interpolatores suscipiamus — nam neque cum Rankio mihi est res, Vollbehrio, Hagenio, viris doctissimis, neque vero cum critico acutissimo, Lehrsio, sed cum iis, qui carmen sincerum atque augustum senis Ascraei additamentis foedissimis turpaverunt — omnes ii versus, quos spurios habemus, sub uno conspectu ponendi, in genera describendi et quantum in tanta argumenti discrepantia fieri poterit, cum interpolationibus carminum Homericorum (de quorum generibus v. praeclaram disputationem Lehrsii de Arist. stud. Hom. p. 348—64) sunt comparandi.

Tria interpolationis genera si statuimus: rhapsodorum, diasceuastarum, lectorum: non id contendimus, ut unusquisque locus spurius ad unum aliquod illorum generum sine ulla dubitatione sit referendus. Sed quamquam haud pauci versus sunt, qui vel a rhapsodis vel a diasceuastis inserti esse possint, tamen imprimis dis-

cernendi sunt fontes, unde omnis Operum et Dierum interpolatio manavit.

I. Longiores certe loci in carmen notum atque vulgatum irrepere non potuerunt nisi eo tempore, quo nondum erat in manibus omnium. Neque enim si capita integra Pisistrati demum aetate vel post illum cum reliquo carmine conjuncta essent, aut ab aequalibus genuina habita essent, aut a posterioribus de hac interpolatione prorsus taceretur (cf Nitzsch. erkl. Anm. z. Od. III. p. 339). Nam id ipsum quod jam Alexandrinis omnis fere memoria interpolationis obscurata erat atque evanuerat quodque antiquissimi testes, ut Simonides Amorginus, ex ipsis capitibus suspectis sententias imitandas delegerunt, id demum interpositioni totorum capitum fidem facit. Erat ea expedita, quum carmen primum fines regionis, ubi ortum erat, egrederetur, neque a quoquam proficisci poterat nisi ab ipsis propagatoribus, poetis dico epicis et *rhapsodis*. Ut Simonides Amorginus, Archilochi aequalis, jam omnia capita noverit: tamen inter Hesiodum et Archilochum vel Herodoti (II, 53) sententia centum anni transierant: quo tempore quantum crescere potuit carminis longitudo!

1. Epigonorum cantus epici atque rhapsodorum operam in eo maxime versatam esse constat, ut quae heroes illi, opifices poesis Graecae, divino afflati spiritu procreassent, ipsi studio sedulo conjungerent, supplerent, exornarent. Etenim sive singulorum poetarum opus est et Iliadis et Odysseae pars major, sive breve carmen illorum additamentis largis in vastam, quae nunc est, molem accrevit: hoc certum est rhapsodorum manu non paucas *narrationes longiores et quaedam quasi epyllia* utrique carmini esse intextas. Vel inde suspicandum esset illos in Hesiodeis quoque non aliter fecisse. Namque in Operibus et Diebus quo rarius occasio epyllia inserendi se obtulit, eo cupidius esse a rhapsodis arreptam consentaneum est. Jam vero Iliadis

De Operum et Dierum Hesiodi compositione pristinaque forma si post tot scripta virorum doctissimorum in lucem prodit commentatio nova, ejus auctorem commentationis non fugit fore, ut incepto suo commune hominum philologorum judicium minime faveat. Etenim quaestio illa, de qua post Twestenii Thierschiique curas Lehrsius et Rankius sententias plane contrarias tulerant ita, ut utrique alii interque eos summi viri adstipularentur: postquam et Goettlingius et Heyerus mediam quandam viam neque eam tamen si minus omnibus, saltem plerisque probatam ingressi sunt: merito inter inextricabiles habenda esse videatur, ut multi sine dubio faciant cum Bernhardyo censente (gr. Lit.-Gesch II, p. 179) amplum illam subjectivae quam vocamus criticae praebere campum. Ego vero neque tantum mihi arrogo, ut eadem, qua illi usi sunt, via atque ratione a me indagatum iri putem, quae praeterierint oculos illorum, neque sperare possum fore, ut sine novis gravibusque argumentis cujusquam plausum feram: praesertim quum hujusmodi quaestiones nonnunquam auctoritate, quae mihi est nulla, magis quam argumentatione commendentur. Sed si jam ante hos sedecim annos vir clarissimus Ferdinandus Rankius in commentatione sua altera, cui index est: hesiodeische Studien quaerere potuit (p. 3): „wer aber hat bisher sich zu den Füssen des Hesiodos niedergesetzt und das

II. *Diasceuastas* in Homeri quidem scholiis neque collegium illud Pisistrati neque aliud hominum genus certum vocari docuit Lehrsius de Arist. stud. Hom. p. 349 sqq. Quodsi nos tamen illorum nomine interpolatores a rhapsodis diversos comprehendimus, duabus rebus sejuncti nobis esse videntur: primum quod aetate sunt inferiores, deinde vero quod illi auditorum gratia, hi in usum lectorum Opera et Dies interpolaverunt. Etenim carmine nostro in rhapsodorum ore quasi vivente atque ex alia Graeciae regione in aliam propagato illorumque et additamentis et corruptelis aliquantum a pristina forma abducto: fieri non potuit, quin tandem textu recognito mendisque gravissimis purgato opus esset. De tempore ejus recensionis hoc unum contendere ausim: nihil omnino, si omnes versus diligenter excutias, neque e verbis neque ex rebus proferri posse, quod infra Theognidis aetatem ponere nos eam cogat. Num una tantum recensio ante criticos Alexandrinos facta sit an plures temporibus locisque diversis, aeque obscurum est: at mihi quidem constat in eo, quem nos habemus, textu recensionum diversarum vestigia nulla inveniri (cf. Heyer. l. l. p. 2. Schömann. l. l. p. 10). Ii autem, qui adornandi negotium susceperunt, tantum aberant ut ad certas quasdam leges criticas operam suam dirigerent (cf. Bernhardy gr. Lit.-Gesch. II p. 70), ut ipsi — longiores licet locos non interposuerint — poetae rhapsodorumque verba non solum mutarent (cujus generis unum nobis exemplum deprehendisse videmur: v. ad v. 504; plura sine dubio latent), sed etiam, ubi quid iis deesse videretur, de suo adderent: qua in re utinam plus judicii atque eruditionis ostendissent! — Tribus autem de causis versus ab iis sunt additi.

1. Quum et episodiis rhapsodorum opera insertis et ingenio temporum paullatim converso jam multo difficilius contextus universi carminis a lectoribus perspi-

ceretur: diasceuastae partim ad conjungenda, quae erant sine vinculo, partim ad complectendam summam capitum vel singulos vel plures *versus connexivos* interposuerunt: 106—8, 202, 263.64, 381.82, 491.92, 561—63, 617, 641.42, 687.88 et versus, quibus Ὀρνιθομαντεία Operibus et Diebus annexa erat: 826—28.

Hi versus connexivi sunt, in quos reprehensio nostra maxime cadit. Nam quum sermonis epici tantam ostendant inscitiam, ut inter frequentia vocabula inferioris aetatis ne vitiis quidem careant (v. ad v. 263): tum etiam magis ab arte poetica sunt miselli. Una aliqua ex tritissimis formulis epicis, qualis est σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν cum vocabulis vibrantibus proximorum locorum (108 θεοί, ἄνθρωποι ex 109. 10; 202 βασιλεῦσιν; 263. 64 βασιλεῖς, μύθους, σκολιῶν δικῶν; 381.82 πλούτου, ἔργον; 492 ἔαρ πολιόν ex 477, ὄμβρος ex 488; 562 νύκτας ex 560; 641. 42 ἔργων ὡραίων, ναυτιλίης; 828 ὄρνιθας κρίνων) iisque haud raro ineptissime positis perquam imperite conglutinata est. Ipsi versus aut nihil dicunt nisi hoc: „fac, quod facere te jubeo“, aut etiam perperam indicant summam antecedentium sequentiumve (v. ad v. 108.)

2. Altera pars interpolationis diasceuastarum sunt *versus exornantes*, iis locis appositi, ubi qua sententia justo brevius a poeta esse absoluta videbatur. Inter quos tametsi facile unum vel alterum rhapsodorum emblema latere non negamus, tamen communitas omnium fere signorum, quae efficiunt proprietatem versuum connexivorum, nos adducit, ut hos quoque diasceuastis tribuendos esse arbitremur.

Horum locorum longissimus, vv. 513—35, qui adumbrationem hiemis pluribus persequitur, a carminibus rhapsodorum (praecipue vv. 646—62) vehementer discrepat inventione et conjunctione sententiarum ineptissima, magna inanium verborum turba, ora-

tionis inconcinnitate, quam et versus aliorum poetarum recepti et enunciata ineleganter conformata et vocabula in veteribus epicis non obvia crebro posita patefaciunt. (De Digamma ejusque apud Hesiodum et interpolatores usu agemus infra ad v. 382.) Prorsus eandem naturam referunt vv. 396—404 (quorum auctori etiam vv. 314—16 adscribas necesse est): qui praeterea similitudine, quam extrema verba cum versibus connexivis habent, locum dant conjecturae unum interpolatorem et illos versus et hos intexuisse. Magis vero his omnibus inconditi sunt vv. 731. 32 et 740, in quibus ne enunciata quidem invenies absoluta. Obscura porro est sententia ultimi trium versuum 766—68 et v. 799. Longe melioris notae, quod quidem attinet ad sermonem, nec fere alia de causa suspecti nisi sententia aut trita ac vulgari aut incommode posita aut saltem otiosa atque antecedentia languide repetenti sunt vv. 179—81. 187—89. 220. 21. 240—47. 270—73. 309. 10. 592—95. 644. 45. 788. 89. 815. 16.

Quum versus ejus generis, quos diximus connexivos, apud Homerum reperiantur nulli — neque tamen prorsus absimilis est *ἀνακεφαλαίωσις*, de qua v. Lehrs. de Arist. stud. p. 358 — exornantium versuum et in Iliade et in Odyssea maxima copia a criticis Alexandrinis recentioribusque auctoritatem illorum secutis obelo est notata. Inter quos tamen perpauci reperiuntur tantis vitiis laborantes, quantis in nostro carmine aliquot loci aborant (v. ex. gr. *Π* 261, ubi *κερτομέοντες* falsa significatione positum est; *Ω* 514, ubi verba *ἦλϑ' ἵμερος — ἀπὸ γυίων* omni consuetudini repugnant: de utroque loco cf. Lehrs. l. l. p. 119. 20, qui eodem capite similia quaedam contulit, quae enumerata invenies p. 365. V. porro *Η* 353, ubi enunciata verbis *ἵνα μή* perverse conjuncta sunt; *Ω* 614—17, qui putide sunt verbosi; *ν* 320, ubi *ἧσιν* pro *ἑμῇσιν* a consuetudine Homerica alienum est; *ψ* 320, qui factorum relationem falsam con-

tinet). Multo major pars versuum ἀθετουμένων (nihil ut dicam de iis, qui tantum ex alio loco repetiti sunt: de quibus v. Lehrs. p. 357), sive supplemento sunt narrationi (ut *M* 175—81, *O* 610—14, *κ* 475—79), sive sententias amplificant (ut *Θ* 73.74, 475.76, *N* 731, *Ξ* 317—27, *T* 365—68, *λ* 157 - 59, *ψ* 218—24), sive prorsus redundant (ut *Θ* 183, 189, 528, *K* 497, *M* 450, *Ξ* 40, 114, *T* 327, *Ψ* 92, 810, *ϑ* 58, 303, *o* 63, *π* 101) a criticis sunt uncis inclusi aut quia non sunt necessarii (cf. Lehrs. p. 359), aut quia universae narrationi parum conveniunt (cf. Lehrs. p. 356), aut denique — sed id multo rarius — quia dubitationibus ex scientia antiquitatis Homericae petitis sunt obnoxii (cujus generis exempla apud Lehrs. per dissert. tertiam p. 166—256 sparsa invenies). De interpolationibus Homericis in universum cf. judicium Nitzschii erkl. Anm. z. Od. II. p. xxxiv.

3. Exornantium simillimi sunt *versus explicativi*, quales sunt in Opp. et DD. vv. 406. 438. 801, apud Homerum *H* 353, *Λ* 515, *Υ* 312, *Φ* 480, 570, *Ω* 558.

III. Non solum imitationibus lyricorum et gnomicorum ostendunt Opera et Dies, quanta auctoritate prioribus antiquitatis saeculis fuerint, sed etiam in scholis Atticis tenebant locum praecipuum juventutique enchiridion quoddam ethicum fuerunt (Bernhardy gr. Lit.-Gesch. II p. 172). Namque Graecis jam ante aetatem Atticam ethica pars carminis multo majoris esse momenti videbatur et quae universo operi quasi signum carminis gnomici imprimeret, quum Romani illud fere inter georgica numerarent (cf. Caesar in Ztschr. f. Alterthw. 1838. p. 534 sqq.). Inde elucet, quam ob rem et capita ethica omnino interpolationem longe magis experta, opera rustica prope intacta relicta sint et ea pars, quae tota constat ex brevibus praeceptis moralibus sententiisque (vv. 286 — 382) praeter ceteras id genus interpolationis ad se quasi traxerit, de quo jam agendum est: ***sententias adscriptas a lectoribus.***

Etenim omnium fere nationum scriptores, quo magis recedunt tempora a simplicitate naturae, eo magis vel facetiis verborum vel gravitate sententiisque de locis communibus delectantur eorumque dulcedine capti sententias et proverbia nimium in modum, ubi datur occasio, accumulare student. Qua in re id ipsum eos fugere solet, in quo vera vis sententiarum bonarum est posita, quae verbis paucis multum aperientes, tum demum animos audientium percellunt, quum inopinato prolatae rem, de qua agitur, clara et quasi subita luce illustrant. Quodsi vel ingeniosi scriptores temporum illorum, ut Euripides et Sallustius, captandis sententiis pondus orationis minuunt, jam imperitum vulgus amore illarum inducitur non solum ad exaggerandas eas, quarum alia nihilo plus dicit alia, sed etiam ad connectendas, quae uno vocabulorum vibrantium vinculo cohaerent (Lehrs. quaest. epic. p. 218). Exempla e cujusvis nationis literis afferre non erit difficile iis, qui harum rerum satis periti sunt. Quaedam protulit Lehrsius (l. l. p. 219), mihi liceat carminum Indorum et epici argumenti et didactici admonere, ubi id studium haud scio an longius processerit quam usquam. Non inficetus lusus sententiarum ita institutus, ut vocabulum vibrans prioris proxima excipiatur, occurrit in Molierii comoedia le festin de pierre act. V. sc. II extr.

Hac ratione factum est, ut lectores (neque ullos potius suspiceris quam Atticos), quibus parum larga manu Hesiodus sententias sparsisse videretur, ipsi aut verba illius sententia qualicunque confirmare studerent (vv. 25.26. 93. 210.11) aut sententiis Hesiodeis locos parallelos adscriberent (vv. 308. 311. 352. 355. 579. 580.81 cf. Od. *o* 74) aut denique sententias quamvis diversi sensus propter vocabuli vibrantis communitatem adjungerent (vv. 317. 318. 319. 346. 347. 348. 356. 365. 825). Ab ipsis enim interpolatoribus nulla omnino sententia videtur esse excogitata, pleraeque sine dubio

cernendi sunt fontes, unde omnis Operum et Dierum interpolatio manavit.

I. Longiores certe loci in carmen notum atque vulgatum irrepere non potuerunt nisi eo tempore, quo nondum erat in manibus omnium. Neque enim si capita integra Pisistrati demum aètate vel post illum cum reliquo carmine conjuncta essent, aut ab aequalibus genuina habita essent, aut a posterioribus de hac interpolatione prorsus taceretur (cf Nitzsch. erkl. Anm. z. Od. III. p. 339). Nam id ipsum quod jam Alexandrinis omnis fere memoria interpolationis obscurata erat atque evanuerat quodque antiquissimi testes, ut Simonides Amorginus, ex ipsis capitibus suspectis sententias imitandas delegerunt, id demum interpositioni totorum capitum fidem facit. Erat ea expedita, quum carmen primum fines regionis, ubi ortum erat, egrederetur, neque a quoquam proficisci poterat nisi ab ipsis propagatoribus, poetis dico epicis et *rhapsodis*. Ut Simonides Amorginus, Archilochi aequalis, jam omnia capita noverit: tamen inter Hesiodum et Archilochum vel Herodoti (II, 53) sententia centum anni transierant: quo tempore quantum crescere potuit carminis longitudo!

1. Epigonorum cantus epici atque rhapsodorum operam in eo maxime versatam esse constat, ut quae heroes illi, opifices poesis Graecae, divino afflati spiritu procreassent, ipsi studio sedulo conjungerent, supplerent, exornarent. Etenim sive singulorum poetarum opus est et Iliadis et Odysseae pars major, sive breve carmen illorum additamentis largis in vastam, quae nunc est, molem accrevit: hoc certum est rhapsodorum manu non paucas *narrationes longiores et quaedam quasi epyllia* utrique carmini esse intextas. Vel inde suspicandum esset illos in Hesiodeis quoque non aliter fecisse. Namque in Operibus et Diebus quo rarius occasio epyllia inserendi se obtulit, eo cupidius esse a rhapsodis arreptam consentaneum est. Jam vero Iliadis

et Odysseae narrationes insiticiae quamquam pleraeque non abhorrent ab universo poesis Homericae sono, tamen minime servilem in singulis imitationem ostendunt, sed id potissimum secuti esse videntur interpolatores, ut additamenta sua commode imponerent, ceterum servarent sibi inventionis vel certe tractationis libertatem: ut etiam discrepantia sermonis ab Homerico usu loquendi interpolationem non raro patefaciat. Cujus generis exemplum luculentissimum est *Δολώνεια*. Unus auctor *Νεκυίας δευτέρας* Homerum pannis Homericis ornare studuit neque aliud est opus ejus nisi cento ex versibus Iliadis et Odysseae versuumque frustulis misere consarcinatus. At rhapsodi, qui eundem morem secuti Operibus et Diebus epyllia interposuerunt, libertatem poeticam sibi vindicasse non videntur. Eo contenti erant, ut data occasione aliquam carminis sententiam — male licet eam intellexerint — pluribus persequendi *alio ejusdem poetae carmine immisso* (cf. Göttling. ad v. 106) munere interpolatoris perfungerentur.

Quamvis enim contextus sententiarum pravus neque ulla ratione ferendus, quo v. 42 cum v. 41 conjunctus est, interpolationem faciat manifestam, tamen *caput de Pandora*, magnam partem cum Theogoniae narratione ad verbum conveniens, in reliquis etiam, versibus paucis (60—69. 76. 79. 93) exterminatis, non modo nihil habet, quod ab *auctore Theogoniae* alienum sit, sed etiam quae ejusdem stilum poetae aperte indicent: quem ab Operum et Dierum auctore non fuisse diversum nos neque dubitamus et argumentis nonnullis hoc, pluribus alio fortasse loco demonstratum ibimus. Etiam *caput de aetatibus mundi* versibus 106—8 Hesiodo plane indignis Pandorae assutum tametsi sensibus cogitationibusque ab Operibus et Diebus ita discrepat, ut quasi aliam personam Hesiodus induisse videatur, tamen et iis versibus abundat, qui Theogoniae locos referant ita quidem, ut nulla esse possit suspicio imitationis, neque

ejusmodi locis caret, qui eundem atque nostri carminis auctorem prodant. Verum ejiciendi sunt versus spurii 179—81. 187—89.

2. A rhapsodis porro originem habet *prooemium*. „Est enim velut hymnus minutus ex eodem genere, cujus inter Homeridarum reliquias haud exigua exempla exstant, quae rhapsodi in festis deorum ludis et certaminibus, antequam ad heroum res gestas celebrandas aliave argumenta ex vita humana petita transirent, placandi numinis causa praefari solebant.“ (verba C. F. Hermanni in ind. lect. Gotting. 1855. sem. hib. pag. 3.)

3. Quum magni poetae epici et ipsi splendore quasi heroum saeculis posterioribus illustrati esse viderentur, non mirandum est, si rhapsodi personas eorum auditoribus tanquam ante oculos ponere studuerunt. Et Ilias quidem Odysseaque *episodiorum de ipso poeta* inserendorum facultatem nusquam dederunt ac ne rhapsodis quidem contigit summam illam, quam nos vocamus objectivitatem, per quam poeta cum argumento carminis prorsus coaluit, vel uno loco dissolvere. Ac tamen communis fere opinio antiquitatis fuit illum versibus ϑ 63. 64 sub Demodoci persona se ipsum tecte significasse. Sed jam in Hymn. Apoll. 165—76 rhapsodus aliquis opportunitate data usus est, ut locum de Homero (etsi nomen non legitur), poeta caeco, in insula Chio habitante interponeret neque diversi generis est fabula in prooemio Theogoniae (22—36) de Hesiodo a Musis in Helicone initiato.

Huc referendi ex Operibus et Diebus fortasse vv. 633—40, sine ulla autem dubitatione vv. 646—62, inelegantissime cum antecedentibus conjuncti, a simplicitate Hesiodea maxime alieni neque tamen — inferiorem licet aetatem indicet quorundam usus vocabulorum — confecti ab homine indocto. Quod longe secus se habet in iis additamentis fere omnibus, quae diasceuastis esse tribuenda judicamus.

II. *Diasceuastas* in Homeri quidem scholiis neque collegium illud Pisistrati neque aliud hominum genus certum vocari docuit Lehrsius de Arist. stud. Hom. p. 349 sqq. Quodsi nos tamen illorum nomine interpolatores a rhapsodis diversos comprehendimus, duabus rebus sejuncti nobis esse videntur: primum quod aetate sunt inferiores, deinde vero quod illi auditorum gratia, hi in usum lectorum Opera et Dies interpolaverunt. Etenim carmine nostro in rhapsodorum ore quasi vivente atque ex alia Graeciae regione in aliam propagato illorumque et additamentis et corruptelis aliquantum a pristina forma abducto: fieri non potuit, quin tandem textu recognito mendisque gravissimis purgato opus esset. De tempore ejus recensionis hoc unum contendere ausim: nihil omnino, si omnes versus diligenter excutias, neque e verbis neque ex rebus proferri posse, quod infra Theognidis aetatem ponere nos eam cogat. Num una tantum recensio ante criticos Alexandrinos facta sit an plures temporibus locisque diversis, aeque obscurum est: at mihi quidem constat in eo, quem nos habemus, textu recensionum diversarum vestigia nulla inveniri (cf. Heyer. l. l. p. 2. Schömann. l. l. p. 10). Ii autem, qui adornandi negotium susceperunt, tantum aberant ut ad certas quasdam leges criticas operam suam dirigerent (cf. Bernhardy gr. Lit.-Gesch. II p. 70), ut ipsi — longiores licet locos non interposuerint — poetae rhapsodorumque verba non solum mutarent (cujus generis unum nobis exemplum deprehendisse videmur: v. ad v. 504; plura sine dubio latent), sed etiam, ubi quid iis deesse videretur, de suo adderent: qua in re utinam plus judicii atque eruditionis ostendissent! — Tribus autem de causis versus ab iis sunt additi.

1. Quum et episodiis rhapsodorum opera insertis et ingenio temporum paullatim converso jam multo difficilius contextus universi carminis a lectoribus perspi-

ceretur: diasceuastae partim ad conjungenda, quae erant sine vinculo, partim ad complectendam summam capitum vel singulos vel plures *versus connexivos* interposuerunt: 106—8, 202, 263.64, 381.82, 491.92, 561—63, 617, 641.42, 687.88 et versus, quibus Ὀρνιθομαντεία Operibus et Diebus annexa erat: 826—28.

Hi versus connexivi sunt, in quos reprehensio nostra maxime cadit. Nam quum sermonis epici tantam ostendant inscitiam, ut inter frequentia vocabula inferioris aetatis ne vitiis quidem careant (v. ad v. 263): tum etiam magis ab arte poetica sunt miselli. Una aliqua ex tritissimis formulis epicis, qualis est σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν cum vocabulis vibrantibus proximorum locorum (108 θεοί, ἄνθρωποι ex 109. 10; 202 βασιλεῦσιν; 263. 64 βασιλεῖς, μύθους, σκολιῶν δικῶν; 381.82 πλούτου, ἔργον; 492 ἔαρ πολιόν ex 477, ὄμβρος ex 488; 562 νύκτας ex 560; 641. 42 ἔργων ὡραίων, ναυτιλίης; 828 ὄρνιθας κρίνων) iisque haud raro ineptissime positis perquam imperite conglutinata est. Ipsi versus aut nihil dicunt nisi hoc: „fac, quod facere te jubeo“, aut etiam perperam indicant summam antecedentium sequentiumve (v. ad v. 108.)

2. Altera pars interpolationis diasceuastarum sunt *versus exornantes*, iis locis appositi, ubi qua sententia justo brevius a poeta esse absoluta videbatur. Inter quos tametsi facile unum vel alterum rhapsodorum emblema latere non negamus, tamen communitas omnium fere signorum, quae efficiunt proprietatem versuum connexivorum, nos adducit, ut hos quoque diasceuastis tribuendos esse arbitremur.

Horum locorum longissimus, vv. 513—35, qui adumbrationem hiemis pluribus persequitur, a carminibus rhapsodorum (praecipue vv. 646—62) vehementer discrepat inventione et conjunctione sententiarum ineptissima, magna inanium verborum turba, ora-

tionis inconcinnitate, quam et versus aliorum poetarum recepti et enunciata inelegantér conformata et vocabula in veteribus epicis non obvia crebro posita patefaciunt. (De Digamma ejusque apud Hesiodum et interpolatores usu agemus infra ad v. 382.) Prorsus eandem naturam referunt vv. 396—404 (quorum auctori etiam vv. 314—16 adscribas necesse est): qui praeterea similitudine, quam extrema verba cum versibus connexivis habent, locum dant conjecturae unum interpolatorem et illos versus et hos intexuisse. Magis vero his omnibus inconditi sunt vv. 731. 32 et 740, in quibus ne enunciata quidem invenies absoluta. Obscura porro est sententia ultimi trium versuum 766—68 et v. 799. Longe melioris notae, quod quidem attinet ad sermonem, nec fere alia de causa suspecti nisi sententia aut trita ac vulgari aut incommode posita aut saltem otiosa atque antecedentia languide repetenti sunt vv. 179—81. 187—89. 220. 21. 240—47. 270—73. 309. 10. 592—95. 644. 45. 788. 89. 815. 16.

Quum versus ejus generis, quos diximus connexivos, apud Homerum reperiantur nulli — neque tamen prorsus absimilis est *ἀνακεφαλαίωσις*, de qua v. Lehrs. de Arist. stud. p. 358 — exornantium versuum et in Iliade et in Odyssea maxima copia a criticis Alexandrinis recentioribusque auctoritatem illorum secutis obelo est notata. Inter quos tamen perpauci reperiuntur tantis vitiis laborantes, quantis in nostro carmine aliquot loci aborant (v. ex. gr. *Π* 261, ubi *κερτομέοντες* falsa significatione positum est; *Ω* 514, ubi verba *ἦλθ' ἵμερος — ἀπὸ γυίων* omni consuetudini repugnant: de utroque loco cf. Lehrs. l. l. p. 119. 20, qui eodem capite similia quaedam contulit, quae enumerata invenies p. 365. V. porro *Η* 353, ubi enunciata verbis *ἵνα μή* perverse conjuncta sunt; *Ω* 614—17, qui putide sunt verbosi; *ν* 320, ubi *ἦσιν* pro *ἐμῇσιν* a consuetudine Homerica alienum est; *ψ* 320, qui factorum relationem falsam con-

tinet). Multo major pars versuum ἀθετουμένων (nihil ut dicam de iis, qui tantum ex alio loco repetiti sunt: de quibus v. Lehrs. p. 357), sive supplemento sunt narrationi (ut *M* 175—81, *O* 610—14, *κ* 475—79), sive sententias amplificant (ut *Θ* 73. 74, 475. 76, *N* 731, *Ξ* 317—27, *T* 365—68, *λ* 157—59, *ψ* 218—24), sive prorsus redundant (ut *Θ* 183, 189, 528, *K* 497, *M* 450, *Ξ* 40, 114, *T* 327, *Ψ* 92, 810, *ϑ* 58, 303, *o* 63, *π* 101) a criticis sunt uncis inclusi aut quia non sunt necessarii (cf. Lehrs. p. 359), aut quia universae narrationi parum conveniunt (cf. Lehrs. p. 356), aut denique — sed id multo rarius — quia dubitationibus ex scientia antiquitatis Homericae petitis sunt obnoxii (cujus generis exempla apud Lehrs. per dissert. tertiam p. 166—256 sparsa invenies). De interpolationibus Homericis in universum cf. judicium Nitzschii erkl. Anm. z. Od. II. p. xxxiv.

3. Exornantium simillimi sunt *versus explicativi*, quales sunt in Opp. et DD. vv. 406. 438. 801, apud Homerum *H* 353, *Λ* 515, *Y* 312, *Φ* 480, 570, *Ω* 558.

III. Non solum imitationibus lyricorum et gnomicorum ostendunt Opera et Dies, quanta auctoritate prioribus antiquitatis saeculis fuerint, sed etiam in scholis Atticis tenebant locum praecipuum juventutique enchiridion quoddam ethicum fuerunt (Bernhardy gr. Lit.-Gesch. II p. 172). Namque Graecis jam ante aetatem Atticam ethica pars carminis multo majoris esse momenti videbatur et quae universo operi quasi signum carminis gnomici imprimeret, quum Romani illud fere inter georgica numerarent (cf. Caesar in Ztschr. f. Alterthw. 1838. p. 534 sqq.). Inde elucet, quam ob rem et capita ethica omnino interpolationem longe magis experta, opera rustica prope intacta relicta sint et ea pars, quae tota constat ex brevibus praeceptis moralibus sententiisque (vv. 286—382) praeter ceteras id genus interpolationis ad se quasi traxerit, de quo jam agendum est: *sententias adscriptas a lectoribus.*

Etenim omnium fere nationum scriptores, quo magis recedunt tempora a simplicitate naturae, eo magis vel facetiis verborum vel gravitate sententiisque de locis communibus delectantur eorumque dulcedine capti sententias et proverbia nimium in modum, ubi datur occasio, accumulare student. Qua in re id ipsum eos fugere solet, in quo vera vis sententiarum bonarum est posita, quae verbis paucis multum aperientes, tum demum animos audientium percellunt, quum inopinato prolatae rem, de qua agitur, clara et quasi subita luce illustrant. Quodsi vel ingeniosi scriptores temporum illorum, ut Euripides et Sallustius, captandis sententiis pondus orationis minuunt, jam imperitum vulgus amore illarum inducitur non solum ad exaggerandas eas, quarum alia nihilo plus dicit alia, sed etiam ad connectendas, quae uno vocabulorum vibrantium vinculo cohaerent (Lehrs. quaest. epic. p. 218). Exempla e cujusvis nationis literis afferre non erit difficile iis, qui harum rerum satis periti sunt. Quaedam protulit Lehrsius (l. l. p. 219), mihi liceat carminum Indorum et epici argumenti et didactici admonere, ubi id studium haud scio an longius processerit quam usquam. Non inficetus lusus sententiarum ita institutus, ut vocabulum vibrans prioris proxima excipiatur, occurrit in Molierii comoedia le festin de pierre act. V. sc. II extr.

Hac ratione factum est, ut lectores (neque ullos potius suspiceris quam Atticos), quibus parum larga manu Hesiodus sententias sparsisse videretur, ipsi aut verba illius sententia qualicunque confirmare studerent (vv. 25.26. 93. 210.11) aut sententiis Hesiodeis locos parallelos adscriberent (vv. 308. 311. 352. 355. 579. 580.81 cf. Od. *o* 74) aut denique sententias quamvis diversi sensus propter vocabuli vibrantis communitatem adjungerent (vv. 317. 318. 319. 346. 347. 348. 356. 365. 825). Ab ipsis enim interpolatoribus nulla omnino sententia videtur esse excogitata, pleraeque sine dubio

erant vetustae et gnomarum collectionibus vulgatae. V. 93 transcriptus est ex Od. τ 36, v. 317 ex v. 500 et ϱ 347 coaluit. V. 318 recurrit Ω 45 neque tamen illi loco magis convenit (cf. schol. A ad eum locum). Ita etiam v. 365 ab interpolatore Hymn. in Merc. 36 est immissus. Quod ad sermonem spectat, non parvus est numerus vocabulorum, quibus neque Hesiodus usus est neque Homerus (211 *στέρεται*, 319 *ἀνολβίῃ*, 352 *κερδαίνειν*, 355 *δώτῃ*, *ἀδώτῃ*, 356 *δώς*, *ἅρπαξ*, *δότειρα*, 365 *βλαβερόν*, 579 *προφέρειν* juvandi significatione positum et *ἠώς* cum *ὄρθρῳ* confusa). At nihil aetatem Attica inferiorem indicat.

Non diversam a sententiis ethicis originem habere videntur tres loci de rebus ad doctrinam antiquitatis pertinentibus vv. 385—87. 462—64. 596.

E multitudine versuum insiticiorum si quis efficere volet interpolatores etiam in omittendo non religiosius esse versatos, vehementer erraverit. Aliud est enim antiquum carmen partim intexendis, quae non disparis argumenti videbantur, longius producere, partim exornandis, quae videbantur tenuiora, sentiendi mutatae rationi accomodare, aliud ipsa poetae verba ad arbitrium suum recidere. Prout cujusque aetatis ingenium ferebat, rhapsodi epyllia et de heroibus et de poeta immiserunt, diasceuastae locos communes explicaverunt — in eo ipso reverentiam adversus Hesiodum testati, quod materiam amplificandi, quasi ligna et saxa, ex illius Homerique carminibus petere studebant — lectores denique sententiis locos parallelos apposuerunt. Illa, quae minus placebant quaeque *μικρολογίας* crimen Hesiodo postea attulerunt, si neglecta, at non circumcisa et contracta sunt. Quapropter lacunas, si quae sunt admittendae, negligentia, non consilio factas esse necesse est. Cujus negligentiae simul et lacunarum indicio sunt quatuor loci (vv. 453. 54. 455—57. 602—5. 643) ex sede sua eo translati, quo nul-

homine dictum inveniri (*Z* 46 = *Λ* 131, *K* 237), simili ratione atque γε pronomini substantivo pleonastice adjicitur (Thiersch. gr. Gr. §. 314, 1, d.)

V. 35. αὖϑι non est *extemplo, illico* (νῦν Proc.), sed una ejus vis vocabuli apud et Homerum (v. Damm. lex. s. v.) et Hesiodum est *hoc, non alio loco.* Jam in hoc versu duarum interpretationum amplexanda est altera. Aut dicit: *domi tuae intra parietes* (nam ad fratrem quasi accedit cum carmine), *non in foro coram judicibus* aut: *Ascrae, non in urbe.* Ascra enim fuit κώμη. Quae in privatis licet rebus sui. juris fuerit (Schömann griech. Alterth. I p. 126), tamen perquam dubium est, an *optimates* (βασιλῆες) ibi habitaverint, quippe quorum sedes fuerit in urbibus (Wachsmuth hell. Alterth. I p. 393. cf. Hermann Staatsalterth. §. 61). Sed ad hanc interpretationem tuendam neque v. 29 neque ullus locus certius urbis indicium praebet: quare faveant licet rationes historiae parum esse munitam concedo.

Ad cujusnam agrum urbis Ascra tempore Hesiodi pertinuerit non est dubium. Etenim in Catalogo Homerico civitates in Boeotia numerantur duae (v. O. Müller. Orchomen. p. 387 edit. alt. Wachsmuth. l. l. I p. 176). Altera major, cujus etiam Thebae (Ὑποϑῆβαι) erant, vocatur Βοιωτῶν (*B* 494—510): inter cujus oppida tametsi κώμη Ascra non nominatur (temere enim Zenodotus Ἄρνην v. 507 in Ἄσκρην mutavit Strab. 9, 413 Cas.), tamen enumerantur loca propinqua Onchestus, Thespiae, Thisbe. Alterius minoris, quam tenebant Minyae, nulla sunt oppida praeter Orchomenum et Aspledonem (511—16). Ea igitur aetate, cujus quasi tabulam geographicam ante oculos nobis ponit Catalogus, sive fuit saeculum belli Trojani sive, quae sententia O. Mülleri (l. l. p. 395 edit. prior.) majorem veri speciem habet, tempus post migrationem Aeolicam, Ascra sub eodem erat imperio atque Thebae neque

Hesiodi aetate dominum permutaverat. Nam post illius demum mortem (circa annum 560 a. Chr. secundum O. Müller. l. l. p. 397 edit. alt.), si qua fides habenda Plutarcho ap. Procul. ad v. 635 Vollb., a Thespiensibus (v. Strab. 9, p. 409) capta est atque eversa.

Βασιλῆας in hoc carmine non esse reges, sed optimates, qui etiam in Odyssea vulgo *βασιλῆες* appellantur (v. Procul. ad v. 37; recentiorum multi erraverunt) e vv. 38. 39 apparet. Nam si rex cum assessoribus causam Hesiodi judicasset, non *βασιλῆες*, sed *βασιλεὺς* judicasse diceretur. Alia quaestio est, num omnino regium imperium illo tempore in patria Hesiodi obtinuerit. At ne id quidem. Quamquam enim nihil efficere licet ex eo, quod concilium optimatium lites judicat — idem invenimus Σ 503 — tamen testimoniis historicis, quae quamvis fabulosa sint in singulis, in summa re non sunt relinquenda, constat brevi post migrationem Doricam occisum esse Xanthum, ultimum regem Thebanorum itaque etiam Ascraeorum (Paus. 9, 5, 8. cf. Strab. 9, 392. Suid. s. v. *Ἀπατούρια*).

De universo rerum publicarum statu, qualis Hesiodi tempore in Boeotiâ fuerit, quaerentibus nobis nihil fere occurrit, nisi querimoniae illae de injustitia judicum, litium amore apud plebem. Turbarum civilium majorumve bellorum vestigium nullum. Unum notandum est: de fenore, quo plebem illa aetate a nobilibus maxime vexari solitam esse constat, ne verbum quidem (si spurium v. 404 excipias) inveniri. Neque agricolae, quorum unus est Perses, fundos a nobilibus redemptos, sed suos colunt (v. 341).

Justam Hesiodi indignationem de jure violato vv. 40. 41 cum acerba brevitate exprimunt. Quasi judices corrupti id habuerint consilii, ut ipsum laederent, increpat eos v. 40.

νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Hesiodo quidem est *πλέον*, quem recta conscientia

et animus tranquillus contentiorem reddant Perse, cui *Ἔρις κακόχαρτος* quietem aufert et ruinam rei familiaris minatur. Ac versu 41 locus de injustitia judicum quasi in aculeum acutissimum exit: *omnia licet eripiant, non eripient malvam et asphodelum eaque mihi vel μέγ' ὄνειαρ sunt.* Commemoratio harum plantarum agrestium, quibus mendici vitam aegre tolerabant, *παράδοξος* illa quidem est et plena irrisionis acerbissimae neque vero *αἰνιγματώδης*, sed Graecis res notissimas in mentem revocavit (haud dissimilis illis *Wurzeln und Beeren* in fabulis et legendis nostris), quae explicatione haudquaquam indigebant.

Minime autem omnium eam explicationem invenies in capite de Pandora vv. 42—105 (ejecto a Twesten. l. l. p. 15—21, v. etiam quae subtilissime disputavit p. 28. 29 et a Göttling.). Cujus capitis in commissura qui positi sunt, vv. 40—42, triplici ratione ab interpretibus sunt intellecti. Namque verba *ὅσῳ πλέον* — *ὄνειαρ* aut ad res Hesiodi spectant aut ad judicum aut ad Persae vitam. Et a prima quidem ratione, quam etiam nos secuti sumus, profectus Welckerus (aesch. Tril. p. 73 not.) recte ita exposuit sententiarum contextum, ut v. 42 dicat: *nam plus malva et asphodelo terra jam non largitur sine cultu, quare illis contentum esse oportet.*. At sic quoque v. 42 sqq. non solum omnes nervos v. 41 frangunt, sed etiam pugnant cum illo. Nempe si malva et asphodelus vel cupediae sunt, minime reconditus est victus, ut non possit nisi labore assiduo parari: immo ne illud quidem

ῥηιδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥςτε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα

est quod desideretur, sed homini frugalissimo paucisque contento, de quo uno valet v. 41, labore opus est omnino nullo. Ne quis dicat eam sententiam v. 41 omnia Hesiodi praecepta agriculturae ut non necessaria funditus evertere. Fluxerunt enim illa verba ex

animo vehementer commoto atque exacerbato neque aliter accipienda sunt, quam ut poeta, ad mendicorum licet extrema vitae alimenta redactus fuerit, tamen contentus sorte sua futurus sit. Per se dicta a nullo lectore prudente perperam intelligi possunt, explicationem non patiuntur: nam ut utar Voltairii verbis (ad Corneilii Medeam act. I sc. 5): *tout ce qui explique un grand sentiment l'énerve.*

Arcanam quandam Hesiodo esse sapientiam, ceteris hominibus cum βίῳ a Jove reconditam (βίον τὸν τῆς ἀρετῆς δηλονότι schol. anon.): hanc interpretationem vis vocabuli βίον satis refellit, qui non sit nisi victus itaque etiam malva et asphodelus. Neque Heyerus (l. l. p. 19) versui 42 opitulatus est, qui vv. 33—41 per parenthesin additos esse censuit. Nihil ut dicam de eo, quod sic v. 41 non minus cum subsequentibus pugnat, continuatio sententiarum, quam ille esse voluit, interjectis tot versibus ita est obscurata, ut reditus ad sententiam v. 32 dilucide atque aperte fieri debuerit.

Altera interpretationis vv. 40—42 ratio, qua verba ὅσῳ— ὄνειαρ ad judices referuntur, ut haec exsistat sententia: *dona acceperunt, unde viverent* (τὰ δῶρα πόρον ζωῆς ποιουμένους Moschop.); *nam simplicissimo victu contenti esse nequeunt:* refutatione non eget meritoque a Lehrsio (l. l. p. 224) rejecta est.

Vollbehrius (l. l. p. 10. 27) denique illa verba in Persen dicta esse existimat. „Poeta reges vituperat, quod non tantum injusti, sed etiam stulti non intellexerint Persen ex sua hereditatis portione quam ex toto patrimonio contra jus fasque erepto majores usus capturum fuisse, quamvis de viliore victu tunc vivere debuisset.“ At quaenam est illa judicum stultitia? Ipsius Persae commodum ut judices corrupti officiique obliti curaverint, nemo sane exspectabit. Intelligebant fortasse, quod secundum Vollbehrium intelligere debue

runt, sed nihil eorum referebat. Deinde Persen sua portione contentum non necesse erat malva et asphodelo vivere, qui si laborare voluisset, potuit *εἰς ἄφενον σπεύδειν*.

Longior fortasse fui in re a multis ante me explicata: sed eo fui consilio, ut aut continuatio versuum 41 et 42 rationibus defendatur melioribus, quam adhuc defensam esse video, aut concedatur vv. 42—201 ab interpolatoribus huc esse insertos. Omnis enim et defensio et impugnatio totius loci imprimis ab accurata illorum versuum duorum interpretatione pendet. Quam qui circumvectus de generalibus tantum sententiis antecedentium sequentiumque dixerit, profecerit nihil: nam Neoplatonica ratione interpretandi sententia quaevis cuivis sententiae annecti potest. Ceterum non nego magnam primo adspectu vv. 42—46 cum Operibus et diebus esse argumenti similitudinem: quae similitudo ipsa interpolationem et provocavit et oculis plurimorum texit.

§. 4.

De versibus 42—105.

Episodia, quae sequuntur, de Pandora et aetatibus mundi si nihil cum Operibus et Diebus reliquisque carminibus Hesiodi nomine signatis commune haberent nisi formulas quasdam et vocabula neque alii invenirentur loci paralleli, atque ubi elegantia aut gravitas alicujus sententiae facile occasionem imitandi dedit, non dubitaremus illa alicui poetae ejusdem sectae ac disciplinae adscribere. Sed multo magis, quam interpretes adhuc animadvertisse videntur, praecipue carmen de aetatibus mundi cum Theogonia in proprietate stili iisque locis consentit, qui et remoti ab oculis imitatorum et ipsius poetae manum indicantes nihil nobis reliqui faciant, nisi ut ab uno auctore utrumque car-

men repetamus. Neque vero desunt argumenta, quae carmen de Pandora (mitto versus in Theogonia recurrentes, quos quivis interpolator illinc sumere poterat) eidem poetae assignent, neque quae Operum et Dierum partes genuinas Scutumque Herculis non diversum habuisse auctorem demonstrent. De sermone et stilo Hesiodi alio loco disputaturi nunc eos versus carminum illius nomine inscriptorum comparabimus, qui si totum spectes communem eorum carminum originem satis convincere videntur. Ac primum quidem probatum ibimus carmen de aetatibus mundi a Theogoniae poeta esse confectum. Diligenter confer sis hos locos:

123 φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων et
125 ἠέρα ἑσσάμενοι πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν cum
Th. 762.63 γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
ἥσυχος ἀνστρέφεται καὶ μείλιχος ἀνθρώποισι.
126 καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔσχον cum
Th. 348 ταύτην δὲ Διὸς πάρα μοῖραν ἔχουσι et
520 ταύτην γάρ οἱ μοῖραν ἐδάσσατο μητίετα Ζεύς.
129 χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα cum Scuti loco comparandus:
Sc. 88 γεινόμεθ' οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα.
143.44 Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον cf. cum
Th. 295.96 ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
150 τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι cum
Th. 764.65 τοῦ δὲ σιδηρέη μὲν κραδίη, χάλκεον δέ οἱ ἦτορ
νηλεὲς ἐν στήθεσσιν quocum cf. O. et D. (aet. m.)
147 ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν.
154. 55 θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας
εἷλε μέλας cum
Th. 719 νικήσαντες χερσὶν ὑπερθύμους περ ἐόντας cf. etiam

615.16 ὑπ' ἀνάγκης
καὶ πολύιδριν ἐόντα μέγας κατὰ δεσμὸς ἐρύκει.
163 ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο cum
Th. 982.83 κτεῖνε —
βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων quocum cf.
Sc. 11. 12. ἀπέκτανεν ἶφι δαμάσσας
χωσάμενος περὶ βουσὶ et
82 κτείνας Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων. De eadem re diversa sunt verba *Z* 423. 24. *Λ* 672.

Largissimam vero comparandi materiam praebent loci de impiis ac violentis et de sedibus in terrae finibus extremis: quos locos omnium maxime frequentat Hesiodus. Confer

O. et D. (aet. m.)[*] 145—49 ἐκ μελιᾶν δεινόν τε καὶ ὄμβριμον, οἷσιν Ἄρηος
ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες· οὐδέ τι σῖτον
ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν,
ἄπλητοι· μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.

Th. 148 53 τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄμβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί,
Κόττος τε Βριάρεώς τε Γυής θ', ὑπερήφανα τέκνα.
τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀίσσοντο
ἄπλαστοι, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
ἰσχὺς δ' ἄπλητος κρατερὴ μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει
307 δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνομόν θ'
310—12 ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν
Κέρβερον, ὠμηστήν, Ἀίδεω κύνα χαλκεόφωνον,
πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε κρατερόν τε
320 δεινήν τε μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τε
649 μεγάλην τε βίην καὶ χεῖρας ἀάπτους
670 73 δεινοί τε κρατεροί τε, βίην ὑπέροπλον ἔχοντες.
τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀίσσοντο
πᾶσιν ὁμῶς, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν

823—25 *οὐ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσαι,*
καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ· ἐκ δέ οἱ ὤμων
ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος
996 *ὑβριστὴς Πελίης καὶ ἀτάσθαλος, ὀμβριμοεργός.*
Confer etiam locos Scuti 52 *δεινόν τε κρατερόν τε*
147 *δεινῶν, ἀπλήτων, ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου κτε.*
75.76 *κείνων γὰρ μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι*
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν
230 *Γοργόνες ἄπλητοί τε καὶ οὐ φαταὶ ἐρρώοντο*
250 *δεινωποὶ βλοσυροί τε, δαφοινοί τ' ἄπλητοί τε.*
Cum O. et D. (aet. m.) 171—73 *ἐν μακάρων νή-*
σοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα confer
Th. 215.16 *Ἑσπερίδας θ', αἷς μῆλα πέρην κλυτοῦ*
Ὠκεανοῖο
χρύσεα καλὰ μέλουσι φέροντά τε δένδρεα καρπόν
et cum v. 171 praeterea Th. 274 *αἳ ναίουσι πέρην κλυ-*
τοῦ Ὠκεανοῖο
294 *πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο*
1015 *μάλα τῆλε μυχῷ νήσων ἱεράων*: cum quibus locis omnibus cf. locos Homericos de iisdem rebus *δ* 563.68. *Ξ* 200.1, quibus ne verbum quidem praeter Oceani nomen cum Hesiodeis commune est.

Jam comparemus locos episodii de Pandora cum Theogoniae et carminis de aetatibus mundi versibus.

56 *σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι*
et 82 *πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν* cf. cum
Th. 223 *πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι*
329 *πῆμ' ἀνθρώποις*
592 *πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσι*
792 *μέγα πῆμα θεοῖσιν*
874 *πῆμα μέγα θνητοῖσι.* Cum v. 82 cf. praeterea
Th. 512 *ὅς κακὸν ἐξ ἀρχῆς γένετ' ἀνδράσιν ἀλ-*
φηστῇσι.

Quo magis sermonem Hesiodi cognoscas, compara hos locos Homericos *Γ* 50. *Z* 282. *K* 453. *Λ* 347. *μ* 125. Cum v. 91 *νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο* cf. 115 (aet. m.) *νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀιζύος.*

Neque Opera et Dies abjudicanda esse eidem poetae, qui et duo episodia illa et Theogoniam et Scutum Herculis scripsit, satis probari arbitror diligenti horum locorum comparatione.

14. 15 *ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,*
σχετλίη· οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτός cf. cum
Sc. 148.49 *δεινὴ ἔρις πεπότητο κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν,*
σχετλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας αἴνυτο φωτῶν.
222—24 *ἡ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν,*
ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
οἵτε μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν et
258—61 *καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,*
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ κτε. cum
Th. 220—22 *αἵτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσαι*
οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο,
πρίν γ' ἀπὸ τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν, ὅστις ἁμάρτῃ.
252—55 *τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ*
ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν cum
Th. 364—66 *τρὶς γὰρ χίλιαί εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανῖναι,*
αἵ ῥα πολυσπερέες γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης
πάντῃ ὁμῶς ἐφέπουσι.
497 *λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζῃς* cum
Sc. 265.66 *λιμῷ καταπεπτηυῖα*

γουνοπαγής.
509 πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους ἐλάτας τε παχείας cum Sc. 376 πολλαὶ δὲ δρῦς ὑψίκομοι, πολλαὶ δέ τε πεῦκαι.
582—87 ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ
δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
τῆμος πιόταταί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος,
μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει
αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη κτε. cum
Sc. 393—401 ἦμος δὲ χλοερῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ
ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν
ἄρχεται, ᾧτε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση,
καί τε πανημέριός τε καὶ ἠῷος χέει αὐδὴν
ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει·
τῆμος δὴ κέγχροισι πέρι γλῶχες τελέθουσι,
τούςτε θέρει σπείρουσιν, ὅτ' ὄμφακες αἰόλλονται,
οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος·
τὴν ὥρην μάρναντο.
331.32 ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν cum
185.86 (aet. m.) αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας,
μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι.
629 πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι cum
45 (Pand.) αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο.
Denique locum Theogoniae 873—77:
873 αἱ δ' ἤτοι πίπτουσαι ἐς ἠεροειδέα πόντον,
874 πῆμα μέγα θνητοῖσι, κακῇ θύουσιν ἀέλλῃ·
875 ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄεισι διασκιδνᾶσί τε νῆας
876 ναύτας τε φθείρουσι· κακοῦ δ' οὐ γίγνεται ἀλκὴ
877 ἀνδράσιν, οἳ κείνῃσι συνάντωνται κατὰ πόντον
confer cum hisce Operum et Dierum locis: 873 cum 507.8 εὐρέι πόντῳ ἐμπνεύσας ὤρινε et 676 ὅςτ' ὤρινε θάλασσαν (511 ἐμπίπτων de vento) — 874 priorem

partem cum locis p. 35 allatis, alteram cum 621 *παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται* — 875 partem priorem cum 552 *ἄλλοτ' ἄησι*, alteram et priorem versus 876 cum 665.66 *οὔτε κε νῆα κατάξαις οὔτ' ἄνδρας ἀποφθίσειε θάλασσα* — 875 partem alteram cum 201 (aet. m.) *κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή*.

Ut redeamus ad caput de Pandora, quatuor versus 42—46, quamquam male annexi sunt a rhapsodis versui 41, tamen nihil habent, quod ab Hesiodo alienum sit. (De *ὥςτε* c. inf. v. Göttl. cf. Theog. 831.) Potius eum finem (Ranke hes. St. p. 23) optime indicant, ad quem poeta fabulam Promethei, in Theogonia secundum ordinem rerum expositam, in aliquo carmine retractaverat et ita quidem, ut quae ad illorum versuum sententiam non facerent, aut omiserit aut obiter tantum tetigerit. Ex quonam carmine episodium nostrum huc migraverit frustra quaeras, sed id confirmare ausim: mature illud interiisse, ut forsitan ne nomen quidem nobis supersit. Continet autem illa fabula causas conditionis hominum in deterius mutatae: quae causae primum breviter indicantur versibus duobus, qui simul sunt narrationis subsequentis quasi propositio (v. ad v. 105). *Ipse Jupiter* erat, qui victum hominibus recondidit (47), nulla alia re permotus, quam quod illorum patronus *Prometheus* eum deceperat (48). „*Ob eam igitur causam* (*τοὔνεκ' ἄρ'*) Jupiter hominibus calamitatem struxit“: hoc versu Hesiodus sententiam v. 47, qua una ad explicandos vv. 42—46 opus erat, magis inculcaturus repetit et tum denique ad narrationem de furto ignis deque Pandora ita transit, ut ejusdem, quo supra usus erat, verbi *κρύψε* anaphora prioribus eam quasi alliget: „non victum solum recondidit Jupiter, *sed etiam* ignem (*κρύψε δὲ πῦρ* 50).“ Hunc quidem (*τὸ μέν*) Prometheus surripuit, sed nihil profecit. Namque novum Jupiter hominibus tum misit malum: Pandoram.

„Vereor ne nimis quibusdam exaggerare videar,

quae de sensibus verbis expressis et supra disputavi et nunc disputo; id quod quadam ex parte confiteor: *sunt enim ita quasi leves et suspensi mentis cogitationisque gradus, ut ejus vestigia demonstrare qui velit, debeat ea paulo altius humo imprimere;* mea autem ne pro vatis dedisse vestigiis videar, non metuo" (verba Twestinii l. l. p. 38,).

Usque ad v. 59 omnia plane congruunt cum narratione Theogoniae, ut partim verba verbis respondeant (48 cf. Th. 565; 50 cf. Th. 565.66; 52 cf. Th. 567; 54 = Th. 559; 57 cf. Th. 570). Vv. 60—69 autem immissi sunt ab interpolatore qui ante executionem jussi desiderabat ipsum jussum fuse expositum. Ita sane ferebant leges narrationis epicae uberioris neque eum morem in Iliade aut Odyssea neglectum invenimus. At brevius narrandi genus, quod et in Theogonia et in carmine de Pandora est, missis ambagibus eandem rem semel tantum refert. Quod intelliges e Theogoniae loco parallelo, vv. 871—84, ubi jussum non praecessit, sed eodem modo, atque v. 71, indicatum est verbis *Κρονίδεω διὰ βουλάς* 572. Cf. praeterea Th. 469—72 cum 474—76. Hymn. Apoll. 102—12. Hymn. Cer. 315—24 (317 *ὥς ἔφαϑ'* nulla oratione recta praegressa).

Jam quum nihil impediat, quominus ejiciamus illos versus, frustra conati sunt interpretes executionem jussui exaequare, a quo non paucis rebus discrepat (v. Lehrs. l. l. p. 227). Heyerus (l. l. p. 23) tentavit restitutionem perquam violentam. Goettlingius gravissimam repugnantiam, quae est inter v. 61 et 79, tollere studuit hac interpretatione (cujus similem jam Procul. proposuerat): „*αὐδὴ* nihil est nisi vox humana, *φωνὴ* vero est suada." Recte illud: namque *αὐδή* est *vox et sermo proprius hominum* (*ἀνϑρώπων αὐδηέντων* ζ 125) v. Σ 419 (cf. Nitzsch. erkl. Anm. III p. 2. 110), oppositus et sermoni deorum ε 334.35 (cf. tamen de Circes et Calypsus epitheto *αὐδήεσσα* Nägelsbach. hom.

Theol. p. 179), et clamori bestiarum *T* 407. Apoll. Rh 1, 257. Hirundini quod datur *αὐδή* *φ* 411, nullam aliam ob causam factum esse arbitror, quam quod est *ὀρθρογόη Πανδιονίς*, sensu praedita humano: cujus vocem sermoni hominum non absimilem visam esse vel ex Aesch. Ag. 1020 apparet. Itaque etiam cicada *χέει αὐδήν* Sc. 396. *Cantus* significationem (Nitzsch. l. l. p. 2) *αὐδή* per se non habet neque tamen verus est cantus nisi hominum, ut qui cantus dicatur, prius *αὐδὴν* esse necesse sit. Neque *A* 249 *αὐδή*, etsi de *suada* Nestoris dicitur, aliud est nisi oratio humana, perspicua hominibus. At *φωνή* est *vox et hominum et bestiarum tantum soni ratione habita: ἡ δὲ φωνὴ ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου* Arist. de anim. 2, 8: quam ob rem saepe tribuitur bestiis nulla similitudinis cum humana voce notione adjuncta: *κ* 239. *μ* 86. 396.

Resectis vv. 60—69 narratio de Pandora creata jam optime procedit. Jupiter iracundia inflammatus ridet cavillans (59). Neque differt ultionem: statim (*αὐτίκα* 70) jussu ejus (*Κρονίδεω διὰ βουλάς* 71) Vulcanus Pandoram fingit. Quae primum formam, vitam, vocem accipit, deinde vestem (72), deinde ornatum (73—75), tum artes (77. 78), postremum nomen; ut quasi ante oculos nostros oriatur. Itaque rationem descriptionis non perspexerunt, qui notaverunt v. 72 ut e Theogonia invectum. At ejiciendus est v. 76 (v. Lehrs. l. l. p. 227).

Non formatam solum a Vulcano esse Pandoram, sed etiam vita voceque donatam quum ex illo consilio narrationis appareat, tum ab auctore versuum 60—69 aperte, tacite in Theogonia judicatum est. Ergo non ferendum, quod Mercurius v. 79 *φωνὴν* ei dedisse traditur: absurdum praeterea, quoniam *φωνὴ* post *ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους* sane omnium maxime est otiosa. Neque hoc uno vitio laborant vv. 79. 80. Verbum *ὀνόμηνε* nemo non de Mercurio intelliget, quum

res sit Jovis. Male dictum de eo, quod pectori inseritur, ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι ψεύδεα τεῦξε v. 79 (quod non firmatur loco υ 366 v. Eust.) pro ἐνέθηκε v. 80. Otiosa est repetitio et verbi ἐν — θῆκε post praegressum τεῦξε et nominis θεῶν κήρυξ, otiosum denique post v. 71 illud Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου: quamquam id quidem habet, quo defendatur (v. ad v. 99). Quorum vitiorum gravissimis medeare ejecto v. 79 (quem vel Vollbehrius ejecit l. l. p. 33), duo, quae restant, tolli nequeunt nisi conjecturis (velut si legas θῆκεν· ἀτὰρ Κρονίδης ὀνόμηνεν τήνδε γυναῖκα, ubi ν ἐφελκ. ante consonantem τ defenditur loco Th. 898. cf. O. et D. 236): sed praestat verba relinquere intacta.

Ceterum sunt frequentes in carminibus epicorum antiquorum loci de exornatione dearum neque alter alterius et inventa et verba in usum suum convertere dubitavit. E longiore loco Ξ 170—87 et breviore θ 364—66 conglutinatus est locus Hymn. Ven. 61—65 integris versibus assumtis: 61. 62 = θ 364. 65; 63 = Ξ 172; 64 cf. Ξ 187. Neque auctor Hymn. Hom. 5, 5—14 Iliadem non est imitatus: 6 cf. Ξ 178; 8 cf. Ξ 182; 14 cf. Ξ 187. Eandem etiam Hesiodo Th. 573—84 ob oculos versatam esse convincere videtur v. 581 cf. Ξ 179 τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά (etiam praegressum ἀσκήσασα mutuatus est Hesiodus v. 580 ἀσκήσας). Cf. praeterea v. 578 cum Ξ 184 κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε καλύψατο δῖα θεάων. V. 578 locum parallelum habet Hymn. Hom. 5, 7. 8 κρατὶ δ' ἐπ' ἀθανάτῳ στεφάνην εὔτυκτον ἔθηκαν, καλὴν χρυσείην neque tamen dixerim, uter utrum imitatus sit: nisi forte hauserunt e fonte communi. Loci nostri vv. 72—75 fontes agnosci licet nullos nisi Theogoniam (72 = Th. 573; 75 cf. Th. 576), quae ab Hesiodo prius confecta esse videtur. Sed versus spurius 76 petitus est ex Iliade Ξ 187 αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντα περὶ χροῒ θήκατο κόσμον, quo versu omnes fere imitatores usi sunt. Cum v. 74 cf. Hymn.

Hom. 5, 10. 11, quo loco Horae, ut nostro Gratiae (sed sequuntur Horae v. 75): *δειρῇ δ' ἀμφ' ἁπαλῇ καὶ στήθεσιν ἀργυφέοισιν ὅρμοισι χρυσέοισιν ἐκόσμεον* (Hymn. Ven. 88. 89 *ὅρμοι δ' ἀμφ' ἁπαλῇ δειρῇ περικαλλέες ἦσαν, καλοὶ χρύσειοι παμποίκιλοι*). Gratias et Horas reperies etiam in fragmento carminum Cypriorum ap. Athen. XV p. 682 e (Welcker. ep. Cycl. II p. 510): quod fragmentum etsi quandam habet necessitudinem cum loco et nostro et Hymn. Hom. 5, tamen nihil habet, in quo imitationem agnoscas. At ejusdem carminis fragmentum brevius ab Athenaeo post illud laudatum saltem communem cum Theogoniae loco fontem habuisse necesse est: cf. vv. 2. 3 cum Th. 576. 77.

Reliqua pars fabulae usque ad v. 89 neque explicatione eget neque defensione. Vv. 90—92, qui adumbrant conditionem humanam, qualis ante Pandoram in terram missam fuerit, ad sensum vv. 42—46 redeunt neque vero languide eum repetunt. Illic enim poeta de laboribus maxime rusticis dixerat paucis verbis de navigatione additis, nunc omnia mala vitae humanae in duas classes divisa comprehendit vv. 91. 92. Quarum classium altera, quam universo *κακῶν*, paulo magis definito *πόνοιο* nomine denotat, sunt aerumnae (*πόνος* proprie ponitur saepe de labore bellico cf. Lehrs. de Arist. stud. p. 87, nunquam de agricultura, quae est *ἔργον* ζ 222. κ 98), altera morbi. Eadem divisio servatur in vv. 10[illegible]—3, qui illorum sententiam versuum, ut res ferebat, quamquam breviter exornant. Quo loco verba v. 103 *κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι* respondent v. 92 *αἶψ' ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν*.

V. 93 ex Odyssea τ 360 adscriptus (rationem indicavit Goettlingius) ab editoribus inde a Brunckio uncis est inclusus.

Πίθου mentionem primam factam esse v. 94 non magis mirari debemus, quam quod fraudem Meconeam verbo tantum attigerat. Erravit enim Heye-

rus, qui (l. l. p. 22) illum δώρῳ deorum indicari existimavit: nam donum uniuscujusque dei est illud, quo Pandoram exornavit. In eo denique, quod muliere commemorata v. 94 Pandorae nomen non repetitur, quid sit offensionis nescio.

V. 99 ejectus est a Brunckio et Goettlingio, defensus a Lehrsio (quaest. ep. p. 229). Sententiae ejus optime patrocinatur Moschopulus: πόθεν γὰρ δείκνυται ἡ ἀνάγκη αὕτη, ὅτι ἠθέλησεν ἡ Πανδώρα καὶ ὁ Ζεὺς οὕτω κακοποιήσειν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μηδὲ ἴχνος παραμυθίας αὐτοῖς ἐάσειν; Sed otiosa hoc loco esse videatur acervatio epithetorum, solita in invocatione (*B* 412. *Γ* 276. *Ξ* 194. *Π* 233. ι 528. cf. *Α* 37—39) et laudibus (v. exordia hymnorum Homericorum e. g. 7) deorum. At etiam alibi nonnunquam conjunguntur duo epitheta, cujus generis exempla Homerica notissima sunt haec: Ζεὺς Ὀλύμπιος ἀστεροπήτης *Μ* 275, *Α* 580, βοῶπις πότνια Ἥρη *Α* 568, exempla Hesiodea: Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων O. et D. 18, Κρονίδης εὐρύοπα Ζεύς O. et D. 239, Ὀλύμπιον εὐρύοπα Ζῆν' Th. 884, Ζηνὸς Ὀλυμπίου ὑψιμέδοντος Th. 529. Denique observandum est formulas huic versui similes saepe ita positas esse, ut perquam languere videantur nobis, utpote qui parum expendamus, quanta religione Graeci in hominum factis curam consiliumque deorum agnoverint et reveriti sint (Pind. Pyth. I, 41). Cf. ϑ 82 Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς (ejecit Nitzsch. l. l. II. p. 178), eadem verba Th. 465, Sc. 318 Ζηνὶ βαρυκτύπῳ, οὗ διὰ βουλὰς Ἥφαιστος ποίησε (quem locum spurium esse judicavit Bernhardyus gr. Lit.-Gesch. II. p. 195), Th. 318 βουλῇσιν Ἀθηναίης ἀγελείης, 730 βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο, Hymn. Apoll. 99 Ἥρης φραδμοσύνῃ λευκωλένου, Hymn. Merc. 413 Ἑρμέω βουλῇσι κλεψίφρονος, Hymn. Ven. 214 Ζηνὸς ἐφημοσύνῃσι.

Absoluta narratione de calamitate furtum ignis secuta v. 105 redit ad ipsam sententiam vv. 47. 48, quos

illius narrationis quasi propositionem fuisse diximus (48 ὅτι μιν ἐξαπάτησε, 105 οὕτως οὔτι πη ἔστι — ἐξαλέασθαι). Versus 105 non ab Hesiodo videtur inventus, sed sententia fuisse usitatissima, quam ille epiphonematis loco in usum suum convertit. Cf. Th. 613 ὣς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον οὔτε παρελθεῖν, ε 103. 4 ἀλλὰ μάλ' οὔ πως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι (recurrunt eadem verba vv. 137. 38). Quaedam recordatio ejus sententiae subesse videtur etiam Hymn. Ven. 33 τάων οὐ δύναται πεπιθεῖν φρένας οὐδ' ἀπατῆσαι.

§. 5.
De versibus 106—201.

Etiamsi dubium adhuc videri possit Opera et Dies interpolata esse carminibus Hesiodi ipsius, jam plurimum firmamenti accedit huic sententiae nostrae ex ea ratione, qua epyllion de aetatibus mundi (exterminatum a Twestenio, Goettlingio, Heyero, in fragmenta divulsum a Lehrsio) illis insertum est.

Glutinis loco sunt vv. 106—8 turpissima insulsitate insignes. Qui quamquam vix egent impugnatione, tamen quoniam ab uno et altero interprete defensos esse video, breviter percurram, quare sint ejiciendi. Neque unquam Hesiodus ea, quae dicturus est, hac lege et conditione: εἰ δ' ἐθέλεις profert, tolerabili illa in re levi, non in praeceptis gravissimis, neque vero circumforanei hominis modo annunciat: εὖ καὶ ἐπισταμένως. Quorum utrumque aeque indignum scriptore prudenti ac severo neque minus indignum esset, si tanquam aliquis fabellarum futilium narrator demonstrationi causarum miseriae humanae jam nihil nisi ἕτερον λόγον quasi mutationis gratia annecteret. Non dissimiles ceteroquin in antiquissimis carminibus didacticis fuisse transitus formulas illi ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω (Vollbehr. l. l. p. 34) libenter concedo. Scilicet non is erat dia-

sceuasta iste, qui nova inveniret. Etiam reliqua ex panniculis epicis misere consuta sunt: εὖ καὶ ἐπισταμένως = *K* 265, *υ* 161, *ψ* 197; σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν: *Α* 297 ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, eadem verba *Δ* 39, *E* 259, *I* 611, *Π* 444. 851, *Ω* 94, *π* 281. 299, *ρ* 548, *τ* 570 cf. etiam Hymn. Apoll. 261. 544. Verbum ἐκκορυφώσω sermoni epico insolitum fuisse videtur. Duo vocabula vibrantia θεοὶ θνητοί τε ἄνθρωποι sumta ex initio carminis, cujus argumentum iste homo sic indicavit: ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι!

Quem versum stolidi interpolatoris defendere frustra conati sunt interpretes loco Pind. Nem. VI, 1 ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι (cf. interpr. ad eum l., Preller. in Philol. VII. p. 5). Id quod Pindarus dilucide dicit: communem utrisque originem esse ex Terra, versus pseudo-hesiodeus denotare is quidem voluisse videtur, sed ipsa narratio tantum abest ut comprobet, ut continuo v. 109 homines a diis facti esse dicantur (Heyer. l. l. p. 24). Ceterum Hesiodus in hoc carmine nullum systematum trium illorum religiose secutus est, quae in fabulis Graecorum anthropogonicis Prellerus (l. l. p. 5) sic distinxit: „dass die Naturkraft diesen Ursprung von selbst bewirkt, dass göttliche Zeugung, deren Frucht das Geschlecht der Heroen ist, hinzugetreten sei, endlich dass die Hand eines göttlichen Demiurgen den Körper des ersten Menschen gebildet habe, wobei seine Seele aus einer besonderen Quelle abgeleitet zu werden pflegt“: sed aut ignoravit discrimen eorum aut sciens neglexit. Verbum quo utitur de origine aetatum singularum 110. 128 ποίησαν, 144. 158 ποίησε systema tertium insignire existimes, quod utique a primo, ad quod Pindarus accedit, longissime abest. Sed v. 145 admiscet eam speciem systematis primi, de qua disputat Prellerus l. l. p. 11—14, per fabulam de ortu hominum ex arboribus: etsi

eam confusionem systematum *alibi separatorum hic tantum ab usu hastarum fraxinearum repetendam esse apparet (cf. Preller. p. 22. not. 52). Neque v. 158 negat divinam originem heroum, cui antiquitas universa fidem tribuebat, sed latiore sensu positum est *ποίησαν*. Verum ex his omnibus elucet non de ortu hominum poetam docere voluisse, quod v. 108 pollicitus erat.

Facile intelligitur, cur episodium de aetatibus mundi interpositum sit. Versatur enim in eodem argumento ac vv. 90—105, depravatione vitae humanae: sed aliter eam depingit. Illi versus de externis tantum conditionibus dixerant, facilitate vivendi, quae fuerat ante, difficultate, quae nunc est. Hoc episodium praecipue mores hominum depravatos persequitur neque tamen ita, ut quasi alteram partem imaginis universae exhibeat: nam statim in aetatis aureae adumbratione vv. 112—20 ad facilitatem vitae redeunt, quam coloribus exornant splendidissimis. Deinde vero diversam illius mutationis affert causam. Non poenae, quas Jupiter pro fraude Promethei ab hominibus innocentibus expetit, neque vas Pandorae illis calamitatem pepererunt, sed maxime *αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσιν* (cf. Twesten. l. l. p. 36—47. Schömann. in ind. schol. Gryphisv. 1842. sem. aest. p. 12. Heyer. l. l. p. 29). Concedo equidem non tantopere illas narrationes inter se pugnare, ut conciliari nequeant (quam conciliationem tentavit schol. anonym. ad v. 15[illegible] Vollb.) neque idem poeta utramque suo loco intexuisse possit. At juxta positas certe non ita sine ullo vinculo reliquisset, ut ea, quae pugnare videantur, lectores exaequare debeant. Nam illud non vereor ne quis opinetur poetam tantum detrahere de auctoritate religionis, ut duas fabulas quasi ad liberum arbitrium et optionem proposuerit: quamquam jure optimo quaeri potest, quantum ex iis ipse crediderit.

Etenim, quod omnium maxime favet sententiae

nostrae episodium de aetatibus mundi ab Operibus et Diebus esse alienum, id est, quod sentiendi cogitandique ratio in utroque carmine est plane diversa. Attigimus hoc loco quaestionem, de qua nuper verissime monuit Planckius in allgem. Monatsschr. für Wissenschaft u. Liter. 1854. p. 590: „es fehlt, um es kurz zu sagen, noch ganz an einem durchgreifenden bestimmten Gesichtspunkte, aus welchem die Stellung Hesiods in der inneren Entwicklungsgeschichte des hellenischen Geistes, namentlich auch sein Verhältniss zu Homer aufzufassen wäre". Sed quae ipse protulit (ad Hesiodum, ut videtur, translatis iis, quae Lobeckius loco praestantissimo Aglaoph. p. 312 de magna rerum civilium, sed multo majore religionum, studiorum, voluntatum conversione post aetatem Homericam in universa Graecia consecuta dixerat) vereor, ne ingeniosiora sint quam veriora. Sic enim pergit: „Das Nachfolgende will nun zeigen, das jener merkwürdige Gegensatz homerischer und hesiodischer Poesie, des glänzenden schwungvollen Bildes der heroischen Zeit und andererseits der trüben, an die Scholle mit ihrer mühsamen, nüchternen Arbeit gefesselten Reflexion, auch einen ebenso wesentlichen und entscheidenden Gegensatz zweier grosser Entwicklungsstufen des griechischen Geistes bezeichnet, dass gegenüber von der negativ kriegerischen und heroischen Periode, welche den Ausgangspunkt der geistigen hellenischen Bildung im Gegensatz gegen die früher unfrei gebundene Naturreligion bildet und welche ihren verklärten Abschluss in Homer erhalten hat, mit Hesiod die zweite grosse Wendung der hellenischen Entwicklungsgeschichte eintritt, der bewusste Uebergang zur positiven friedlichen Culturbethätigung, wie sie sich theils in der Ausbildung der bürgerlichen Ordnung, theils den sonstigen friedlichen Beschäftigungen, in den Künsten und schliesslich in der Wissenschaft kundgibt

und sonach im Gegensatz gegen jenen bloss subjectiv persönlichen Schwung der heroischen Zeit und dieser ganzen ältern Periode vielmehr zur entwickelten gegenständlichen Bethätigung geistiger Cultur fortschreitet, aber ebendeshalb jetzt in bewusster nüchterner Reflexion sich diese ihre Aufgabe gegenüberstellt und so überhaupt jetzt zum ersten Male die ganze Götter- und Menschenwelt und die eigne bisherige Geschichte zum Gegenstande reflectirender ausgebildeter Betrachtung macht."

Et Planckius et multi ante eum parum ni fallor id attenderunt, quod in judiciis quum de Homero tum de Hesiodo ferendis omnium primum considerandum est: quanta dissimilitudo naturae atque indolis sit inter poesim epicam et didacticam. Namque epos heroicum a quotidiano usu vitae et privata utilitate longe remotum in maximis tantum rebus altissimisque hominum studiis versatur et idealem, quem vocamus, habet finem propositum. Non solum Homerus sed quivis poeta, quem recte dixeris epicum, ex sua ipsius aetate quasi egreditur, ab omnibus ejus curis aversus, intentus huic uni, ut memoriam majorum conservet atque illustret. Magna priorum temporum facinora ei sunt materia canendi, qui illa gesserunt, fuerunt heroes et nobiles: quamobrem poeta acerrimus est fautor optimatium, sui ipsius hominumque sui ordinis prorsus obliviscitur. „Das Epos hat überhaupt mit dem Menschen, w i e e r v o n N a t u r u n d d u r c h d i e N a t u r i s t, nichts zu thun, sondern nur mit der idealen Welt der Heroen, mit Göttersöhnen, gottgeweihten Königen, Helden und Geronten, einer Art von specifischer Menschenrace, d i e e s s i c h s e l b s t g e s c h a f f e n h a t, mit solcher Consequenz, dass es das allgemeine Ehrenwort *δῖοι*, obgleich es eigentlich einen Ursprung von Zeus aussagt, bis auf die untersten Glieder dieser Race ausdehnt. Auch das Volk existirt nur in der Bedeutung des grossen Hau-

fens, der eben nur numerus ist, fruges consumere nati, die quantitative Ausfüllung des Hintergrundes, auf dem sich die leuchtenden Gestalten der Heroen bewegen" (Preller l. l. p. 19. cf. Nitzsch. l. l. I p. 235).

Bellum erat, in quo summa virtus heroum exsplendescebat. Audiat licet illud πόλεμος κακὸς propter caedem, emergat communis sensus hominum in desiderio tranquillioris fortunae (Σ 107): tamen bellum neque poetae neque heroibus ejus inter mala magna esse potest. Verum juxta gloriam fortitudinis summa felicitas posita est in vita hilari ac serena (v. Nägelsbach. l. l. p. 308. 9) affluentibus rebus omnibus. Quae si deessent, bella praedam opimam parvo molimine largiebantur: at rusticatio operosa et mercatura laborem longum parce remunerantes humiles esse atque angustae videbantur (λ 489.90. ϑ 161—64).

Omnino autem Homero prae magnis illis heroibus homines sui temporis sunt pusilli. Illam aetatem flagrantissimo desiderio prosequitur; reditum ejus sperare nequit. Sed vel ipsi illi heroes frequenter et graviter queruntur de rebus humanis fluxis atque caducis et aerumnis vitae, qualis contigit ὀιζυροῖς βροτοῖς, quum etiam ἀργία nobilium longe absit a beatitudine ϑεῶν ῥεῖα ζωόντων (cf. Nägelsbach. l. l. p. 319 sqq. impr. 323).

Plane diversa est ratio poesis didacticae Operum et Dierum, quae tota ad institutionem vitae communis spectat. Non deest quidem in literis aliud quoddam genus carminum didacticorum, separatum ab usu vitae: quod iis aetatibus florere solet, quae jam impares dignissimis studiis hominum amplectendis amori rerum altarum et sublimium nunquam prorsus evanescenti eo satisfacere student, ut quotidiana ornatu poetico quam maxime amplificent atque extollant. Sed quamquam ejusmodi carmina non tam docere volunt quam delectare, tamen ne illa quidem a veritate rerum longe recedere possunt, ut docent Georgica Virgilii. At

Hesiodus, qui totus versatur in vita, qualis revera est, in Operum et Dierum carmine, etsi artificiose composito neque raris, ubi res sinebat, ornamentis distincto, tamen ante omnia propositum habet docere: qua de causa plus semel in ea praecepta delabitur, quae μικρολογίαν convincere videbantur temporibus posterioribus, quum jam et propositum illud poetae parum intelligeretur et carmen ab iis quoque lectitaretur, quibus Hesiodus non cecinerat. Namque poeta ille Hilotum praecepta omnia, si eum locum quo justitiae admonentur judices excipias, ad plebem rusticam convertit ejusque vitae unius rationem habet. Ipse quidem aliqua ex parte versatur extra hunc ordinem, vitae nobilium propior ut ἀοιδοί, quorum κίθαρις est ἐργασίαν φεύγουσα δυήπαθον (Hymn. Merc. 486), sed per totum carmen illam personam deposuit neque est nisi δημότης, eadem atque ceteri ejusdem sortis homines et sentiens et cogitans.

Neque vero sentiendi cogitandique ratio est ea, quam recte dicas δημοκρατικόν. Nam ille ipse splendor, quo fabulae et poesis epica optimatium genera circumfuderant, ut ad eos, quidquid alti atque excelsi natio Graecorum venerabatur, ipsi autem ad deos immortales annecterentur, temporibus Hesiodi firmissimum imperio nobilitatis erat praesidium. Quamvis magnam injustitia atque superbia illorum per multas Graeciae civitates indignationem movisset, tamen in animo Hesiodi eorumque, quibus est interpres, ne oboritur quidem cogitatio: posse aliquando plebem negatum jus suis sibi manibus expugnare (cf. Helbig, d. sittl. Zustände d. griech. Heldenalters p. 71). Tanta potius illis est persuasio imbecillitatis suae, ut auxilium nusquam nisi a diis exspectent (v. 250 sqq.), quin etiam ut ex bona fide Hesiodus proloquatur omni populo poenas pro peccatis illorum esse subeundas (260). Itaque non mirum, quod vel postea, quum iniquitas jam nullo modo ferri posset,

plebs tamen ad unum aliquem de nobilibus ipsis confugiebat, qui illis sicut Jupiter Titanibus alte excellere videretur, eique viam ad tyrannidem muniebat. Longe diversus fuit *δῆμος* tempore Theognidis, qui priorem ejus conditionem comparans (v. 53) *λαοὶ δέ*, inquit, *δὴ ἄλλοι*,

> *οἳ πρόσθ' οὔτε δίκας ᾔδεσαν οὔτε νόμους,*
> *ἀλλ' ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον,*
> *ἔξω δ' ὥστ' ἔλαφοι τῆςδ' ἐνέμοντο πόλεος.*

Tametsi autem Hesiodus splendori ac potentiae nobilitatis sponte concedit, tamen ipsi plebi clara aetatis heroicae facinora haud magnopere cordi sunt. Illam enim memoria rerum a nobilibus gestarum non tangebat nisi perleviter, bellum vero, agriculturae inimicissimum, summum malorum videri necesse erat. Quare ab Hesiodo cum studio litigandi inter pestes generis humani refertur (14) atque in adumbranda summa felicitate agmen ducit (228)

> *εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς*
> *ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.*

Itaque eorum, quibus praecipit, etiam illud parvi interesse consentaneum est, num tempora praeterita fuerint meliora praesentibus: satis habent, quod vel hodie contenti vivere possunt. Ut enim multitudinem saepe premat injuria potentium, certe illa non est malum inevitabile, sed spes justitiae manet (225 sqq.). Quodsi principes rempublicam cum pietate atque justitia gubernant et fecunditas divinitus missa laborem hominum fortunat, si denique agricolae industria et parsimonia ad res prosperas perveniunt et concordes cum suis vicinisque vivunt: jam nihil iis est reliqui, quod desiderent. Quo igitur querimoniae nisi de iniquitate judicum periculisque plebi illinc impendentibus? quas querimonias quonam jure Planckius vocat „eine trübe, an die Scholle gefesselte Reflexion"? Aliqua

certe reflexio, si uti licet verbo recentiore, omnem poesim didacticam antecedit; sed quousque progreditur reflexio Hesiodea? Nusquam ultra breves quasdam et acutas sententias de necessitudinibus vitae communis. Homerus vero refertus est profundissimis cogitationibus de universa vita omnibusque ejus studiis et altioribus et humilioribus et frequentissimae apud eum sunt querimoniae de miseriis generis humani, in quibus haud injuria dicas inesse tristitiam reflexionis. Sunt quidem homines Hesiodo quoque *κηρεντρεφέες* (418), sed ita utitur hoc epitheto, ut de re nota ab aliisque satis demonstrata; ipse vel mortis semel tantum mentionem facit (378), utpote termini a natura vitae hominum praestituti: voto addito, ut quam serissime eveniat. At cupide et libenter commoratur in felicitate populi justi deorum beneficiis aucti (225—37), in largo agrorum proventu et florentibus rebus domesticis rusticorum (21—24. 300.1. 307. 312.13. 473—78. 589—91). Tristem horum vitam ac tetricam videri, si cum vita nobilium compares, equidem non nego: sed propter id ipsum homines labori suo intenti vix aliud quidquam noverunt. Nihil enim iis est medium inter *ἔργον*, quod ad copias, et *ἀεργίαν*, quae ad extremam inopiam perducit. Quare querimoniae iis minime conveniunt, praesertim quum rusticatio in Boeotia non esset operosior. Et si fuisset: quis putat Samnites, ut hoc exemplo utar, Apennini sterilia juga colentes, carminibus flebilibus de vita sua misera atque infelici esse lamentatos? Heroes quidem Homerici non plane dispares Sybaritae illi, qui adspectum arantis tolerare nequiit; at agricolae Hesiodeo non *αἰεὶ δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε*, sed ille tantum non erit *πολυξείνου δαιτὸς δυςπέμφελος* (722), ita tamen ut maxime spectet *δαπάνην ὀλιγίστην*.

Jam si Planckius ingenii temporum mutati esse testem Hesiodum censuit, vehementer erravit. Ut vixerit uno vel duobus saeculis post Iliadis et Odysseae

auctores, ut prodat primum impetum acriorem poesis gnomicae, quae tum ipsum efflorescebat, quum exstinguebatur epica: tamen neque eorum sensuum earumque cogitationum, quae saeculis subsequentibus magis magisque invaluerunt, vel auctor est vel primus interpres, neque conditionem vitae depingit multo differentem ab ea, quam in carminibus Homeri demto ornatu poetico depictam invenimus: sed in Operibus et Diebus eorundem temporum imaginem exhibuit adumbratam tantum diverso consilio coloribusque diversis. Sublime carmen Iliadis et Odysseae non convertitur ad plebem laboribus ac negotiis distractam, sed est *ἀναθήματα δαιτὸς* inter convivia festosque conventus nobilium; Hesiodi doctrina sapiens similis est cantui Dices Arateae (105)

> *ἀγειρομένη δὲ γέροντας*
> *ἠέ που εἰν ἀγορῇ ἢ εὐρυχόρῳ ἐν ἀγυιῇ*
> *δημοτέρας ἤειδεν ἐπισπέρχουσα θέμιστας,*

nisi quod Aratus parum convenienter iis, quae verbo *δημοτέρας* tam praeclare denotaverat, *γέροντας* induxit optimates.

Sed quamvis stet Homerus a parte nobilitatis, tamen non caret documentis in Odyssea praecipue, quae convincant neque conditionem plebis sub imperio heroum viventis neque animos multum a vita plebis Hesiodeae distare. Haud rarae accusationes injustitiae regum, nobilium temeritatis (v. Nägelsbach. l. l. p. 243), at magnis laudibus extolluntur justitia, temperantia, comitas: quod factum non esset, si illae virtutes communes fuissent. Denique si superessent carmina ejusdem atque Opera et Dies argumenti ex aetate et patria poetarum Homeridarum: easdem res iisdem tinctas coloribus cerneremus. Nam illud parvi est momenti, quod Homerus in civitatibus Graecis regium tantum imperium novisse videtur, Hesiodus sub dominatu optimatium patriam suam vidit: quum in Boeotia potestas re-

gia mature cessaverit, in Ionia si minus potestas saltem species ac nomen diutius tenuerit.

Minime autem omnium Hesiodus ita in duarum periodorum confinio est positus, ut ex carmine ejus „der bewusste Uebergang zur friedlichen Culturbethätigung“ appareat. Qui transitus omnino non erat alius, nisi ut post aetatem heroicam et artes et mercatura aliquantum augerentur, neque tamen idcirco bella fierent rara. Sed ne hoc quidem artium incrementum ullo modo demonstrari licet ex Hesiodo, qui in Operibus et Diebus unam agriculturam commendet, navigationem ac mercaturam ex toto animo improbet, artes vix commemoret: ut ea quae in carminibus Homericis non consulto sed data occasione passim proferuntur, vel multo uberiorem earum rerum scientiam nobis suppeditent. Neque mirum: jam enim vixerunt auctores in mediis quasi fluctibus industriae iisque locis, unde illa primum in universam Graeciam redundavit.

Quodsi adhuc recte judicavimus de consilio et ratione poesis Hesiodeae, qualis in Operibus et Diebus est, ejusque ab Homerica poesi discrepantia: jam manifestum erit, quam diversus sit sensus ac spiritus, quem idem ille Hesiodus in carmine aetatum mundi animo conceperit. Jam enim apparet altera pars ejus vitae, jam quasi est *ἀοιδός*, aemulator cantus Homerici, memoria temporum praeteritorum inflammatus, aversus a curis quotidianis rerum praesentium. Et ipsum carmen habendum est in pulcherrimis Hesiodi reliquiis, nisi omnibus est anteponendum. Non solum enim ornatum poeticum Hesiodus hic, ut res ferebat, omnino uberiorem quam in Operibus et Diebus inque episodio de Pandora adhibuit, sed ne summa quidem animi commotione in carminibus illis effertur ad tantam copiam, sublimitatem, gravitatem animique magnitudinem, quanta hoc carmen est insigne (cf. e. g. 112—19 cum 227—37; 176—201 cum 100—4, 238.39, 248—62). Atque

arte brevissime simul et ingeniosissime adumbrandi, quae multum abest a charactere illo Hesiodeo *κατ' ὄνομα*, Theogoniam Scutumque Herculis longe superat.

Etenim unamquamque aetatum quatuor primarum leviter tantum perstrinxit nec fere nisi colorem vitae principalem ac dominantem induxit, in quo una ratio justitiae, quam inter se exercebant, observata (Ranke hes. St. p. 32), nulla tamen sententia repetita est: quum Aratus et Ovidius eadem fere in describenda aetate aurea non fuisse, in ferrea adumbranda fuisse narrent. Properat oratio ad aetatem quintam, in cujus pravitate opposita moribus priorum maxime aetatis heroicae (cujus est laudator vel Homero, si potest, fervidior cf. C. F. Hermann. in Verhandl. d. dritten Phil.-Versamml. p. 66) primarium universi carminis consilium versatur. Neque vero id consilium ethicum narrationi fabularum tantum detraxit, ut non et aetatis secundae tertiaeque adumbratio parum faciat ad finem principalem et vv. 141.42 de hominibus aetatis alterius ad honorem tantum non divinum elatis vel officere ei videantur: quibus adjice otiosum additamentum 151 *μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος*. Sed quamquam rationes mythologicae cum ethicis non satis exaequatae sunt, tamen nulla invenietur causa, ut carmen in fragmenta quaedam male conglutinata divellatur cum Lehrsio (l. l. p. 231—37): cujus dubitationibus Schömannus (l. l. p. 4) et Vollbehrius (l. l. p. 40—47) bene occurrerunt.

Exordiuntur carmen versus dulces ac teneri de aetate aurea (cf. descriptionem insulae Syriae *o* 406—11), quae expers malorum omnium (112—16), perpetua juventute (114. 15), abundantia omnium rerum et securitate (116—20) fruebatur, amata a diis, qui eam societate sua dignam habuerunt (120 et duo vv. a Spohnio et Vollbehrio recepti). In hac summae beatitudinis imagine vel lenissima commemoratio sceleris, etiamsi id tantum dictum esset scelus nondum fuisse, animos legentium offendere

debuit. Quid autem candorem illius aetatis magis declarat, quam quod post mortem placidam facti sunt genii sancti, qui adhuc inter homines, etsi oculis non adspiciuntur, versantur largitores bonorum?

Huic loco efficacissime oppositum est alterum *γένος πολὺ χειρότερον:* cujus vita quam tristis atque operosa fuerit, praeclaris vv. 130.31 longe nervosius dicitur quam languida historia inventorum, qualem Ovidius (met. I, 121 sqq.) protulit. Ne agriculturae quidem mentio locum habere poterat, quin officeret antithesi illorum versuum cum sequentibus elegantissimae et gravissimae: „post infantiam centum annorum tandem adulti impio virium abusu ad interitum ruerunt.“

Quasi tetra caligine premitur ipsa imago aetatis aeneae, cui unum caedis ac sanguinis studium, cujus omnis vita armorum aeneorum strepitu repleta est:

τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
χαλκῷ δ' εἰργάζοντο,

in quibus verbis lusum licet invenias, sed eum ingeniosissimum, quo ferocitas illorum ac saevitia vividissime exprimitur. „Sed quamvis fuerint viribus pollentes: suis manibus occiderunt et *νώνυμνοι* ad Orcum descenderunt.“ Cum hoc exitu luculentissimo cf. locos de Capaneo Soph. Ant. 131 sqq. Eur. Phoen. 1172 sqq.

Jam clarior lux effulget memoria aetatis quartae, quae est *δικαιότερον καὶ ἄρειον*

ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος.

Sed non sine magno dolore reminiscitur, qua fati crudelitate (Ξ 85—87) magnanimi illi heroes partim in remotis oris pugnantes occubuerint. Neque tamen omnes sunt mortui: pars adhuc vivit in extremis finibus terrae vitam beatam et tranquillam.

Acerbus ille dolor, quem moverat cogitatio fragilitatis rerum terrestrium vel praestantissimarum, jam acrior prorumpit lamentatione flebili:

μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Manet aliqua spes temporum feliciorum, sed illa spes quasi Messiana antiquitatis paganae, illustrata a Virgilio Ecl. IV, hic obscuratur imagine miseriae immanis jam ingruentis (*μηκέτι* recte explicavit Hagen. l. l. II p. XXIII) et inundationis instar usque crescentis (quae est vis temporis futuri, quod inde a 177 *παύσονται* regnat). Jam enim adest aetas ferrea (*νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον*). Perpetuo augetur labor atque aerumna; neque die neque noctu quiescent homines. Graves enim curae a diis immittentur. Nullum jam sanguinis, nullum amicitiae vinculum manebit, nihil valebit nisi vis et scelus et perjurium. Tum denique e vasto tumultu effugient quasi angeli Dei:

λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις.

Ac desperationis omnium rerum plenus exclamat *κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.*

Idem igitur ille poeta Operum et Dierum, qui illic *vicina coegit ut quamvis avido parerent arva colono: gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis arma* canit et laudes illius aetatis heroicae, quam epos Homericum in coelum tulerat. Sed non iisdem hominibus utrumque carmen cecinit. *Non omnes arbusta juvant humilesque myricae.* Namque animus poetae repletus imaginibus magnorum heroum, quos posteri *natos melioribus annis* credebant, non aliter atque Homerus industriam operosam et avaritiam insatiabilem hominum, quales sunt revera, aversatur atque abhorret. At praeceptori prudenti agricolarum Boeotiorum neque omnis vita est *κάματος καὶ ὀιζύς*, neque *χαλεπὰς μερίμνας* tantopere timet, neque vero in necessitudine fratrum atque usu amicorum sensus liberales poetae nobilium amplectitur (cf. 371. 710 sqq.). Deni-

que quo tandem plebi rusticae doctrinam praeteritorum et futurorum, quae in carmine de aetatibus mundi inest? „Der Gemeinfreie des Hesiod ist nicht in grosse Ereignisse verflochten, deren Ursprung, Verlauf, Ende über das gemeine Denken hinaus einer höheren Erklärung oder Lösung bedürfte.“ (Lilie in Arch. f. Phil. vol. 16 p. 331.)

Itaque omni veritatis specie caret opinio Planckii (l. l. p. 599), qui in ipsa descriptione aetatis quintae illum suum „Gedanken einer *noch unerfüllten*, friedlich bürgerlichen Culturaufgabe“ odoratus est. Nempe poeta totus in admiratione antiquitatis defixus, ut Dice Arati *ποθέουσα παλαιῶν ἤθεα λαῶν*, ab artibus magis excultis sperare non potuit reditum priscae fidei, amicitiae, tranquillitatis. Et cur is, qui ejusdem generis vitae progressum cuperet, tam male de tempore et praesenti et subsequenti judicaret? Denique singula si perlustres, non desunt argumenta, unde apparet Hesiodum in carmine de aetatibus mundi optimatium tantum vitam respexisse, plebis ejusque artium rationem nullam habuisse. Agricultura, cujus commemorationem Lehrsius in effingenda aetate altera desideravit, obiter tangitur v. 146 *οὐδέ τι σῖτον ἤσθιον:* neque vero alia de causa, quam ut opponatur *ἀλλ' ἀδάμαντος κτε.* (ad sententiam cf. *Π* 33—35). Atque vv. 156—73 ita agunt de nobilibus, in quos unos totus ille locus quadrat, ac si plebs omnino non fuisset.

Jam pauca de singulis versibus monenda restant. V. 111 uncis inclusus est a Goettlingio, cui Heyerus (l. l. p. 25) adstipulatur, interpolatori Orphico eum versum tribuens. „Nusquam enim“ inquit Goettlingius „Saturnus in diis Olympicis habetur.“ At ne hoc quidem versu vocatur deus Olympius. Sed *ἀθάνατοι Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες* v. 110 non alii sunt atque Titanes: quod convincit Jovis nomen in creatione aetatis primae et secundae omissum, cum emphasi posi-

tum in exordio loci de tertia: *Ζεὺς δέ.* Ergo si quid omnino valet Goettlingii argumentum, v. 110 suspectus sit necesse est, non v. 111. Deinde vero ejecto v. 111 voculae *μέν* v. 109 responderet *δέ* v. 112: quum versum 127 demum illi versui oppositum esse doceat collocatio verborum: 109 *χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος,* 127 *δεύτερον αὖτε γένος:* ita tamen ut *μέν* v. 122 aliquatenus ad sententiam v. 109 revolvatur et v. 127 proxime spectet ad v. 122. At manente v. 111 jam *δέ* v. 112 illius versus *μέν* eo magis respondet, quod subjectum utrique versui est idem.

De v. 120 et duobus vv. post illum a Spohnio et Vollbehrio (l. l. p. 40. 41) immissis v. Heyeri judicium supra (p. 7) a nobis allatum. Ceterum nihil in iis reperias, cur Hesiodo abjudicandi sint. Cum v. 120 cf. frgm. 80, 2 Goettl.

Vv. 124. 25 obelo notati sunt a Brunckio, Spohnio, Hagenio, quibus huc migrasse videbantur e loco de justitia vv. 254. 55. Suspectos esse concederem, si ab ipso Hesiodo carmen aetatum mundi cum Operibus et Diebus conjunctum esset. Ne autem post tria epitheta, quae insunt in v. 123, interpositis illis versibus claudicante pede sequi videatur epitheton quartum *πλουτοδόται* v. 126: moneo vv. 124. 25 nihil esse nisi exornationem epitheti tertii *φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.* Sed delendum comma post *ἔργα.*

In v. 141 haud scio an recipienda sit conjectura Hagenii (l. l. II. p. xx) ingeniosissima *ὑποχθόνιοι φύλακες θνητῶν.* Sic maximae, quibus ille versus laborat, difficultates tolluntur et *ἐπιχθόνιοι φύλακες* v. 123 (inter quae verba jam abolendum est comma) nunc demum lucem accipiunt, utpote oppositi *ὑποχθονίοις.*

V. 161 verba *τοὺς μέν,* quae si spectes antecedentia, universam aetatem denotare necesse est, tamen de majore numero sunt dicta, ita quidem hoc loco, ac si par fuisset omnibus. Tum major numerus ipse in duas

partes dividitur v. 162 τοὺς μέν, v. 164 τοὺς δέ: quarum utramque iterum comprehendit v. 166 τοὺς μέν. Tum demum sequitur numerus minor τοῖς δέ. In hunc sensum explicarunt vv. 166.67 Welckerus (rhein. Mus. 1833. p. 244, cui assensus est Nitzsch. l. l. III p. 341 priore sententia relicta), Goettlingius (ad v. 109 sqq.), Schömannus (l. l. p. 9), Vollbehrius (l. l. p. 12), Bernhardyus (gr. Lit.-Gesch. II p. 178), alii. At diversae interpretationis auctores exstiterunt Moschopulus (p. 112 Gaisf.), Buttmannus (Mythol. II p. 3), Nitzschius (l. l. I p. 284), Helbigius (d. sittl. Zust. d. griech. Heldenalt. p. 40 not. 3), Hauptius (Arch. f. Philol. 19 p. 498), de omnibus heroibus et v. 166 et v. 167 accipiendos esse rati. Quae explicatio tam illius aevi fabulis (δ 563 sqq. ad quem l. v. Nitzsch.) quam usui particularum μὲν — δέ adversatur. Nam si quis afferat Ω 610—12: illic sane τοὺς δέ v. 612 vocat eosdem, qui fuerant οἳ μέν v. 610: sed oppositi sunt iis, quos nominat v. 611 λαοὺς δέ.

V. 169 ponendum comma ante τοῖσιν, ut hoc sit pronomen relativum et ad ἀθανάτων referatur. Si enim esset demonstrativum significaretque heroes beatos, primum ferendum non est asyndeton, quum ita fere sententiae, metro misso, excipere sese deberent: τοῖς μὲν Κρόνος ἐμβασιλεύει, ναίουσι δέ κτε. (cf. Heyer. l. l. p. 25): qua dispositione exsisteret locus simillimus vv. 111.12. Deinde vero inelegantissima foret repetitio illius τοῖσι, quo paucis versibus ante (167) iidem denotati sunt, qui continuo redeunt v. 170 τοί. Itaque nihil huc pertinet locus Pindari Ol. II, 70 et falsa est correctio Buttmanni ab omnibus fere post eum recepta ἐμβασιλεύει, sed optime sese habet scriptura codicum ἐμβασίλευε. Nam sensus est: habitant procul a Tartaro, sede Titanum. Ita recte Heyerus. At erravit in iis, quae addit de beatorum sedibus infernis, quae Orphicum interpolatorem prodant. Nam Hesiodus tan-

tum dicit: in *alteris* terrae finibus extremis. Duo enim sunt loca ἐπ' ἐσχατιῇ sive ἐν πείρασι γαίης: Tartarus infra terram Orcumque (Th. 731. 736—38. cf. 622. Θ 478.79) et Oceanus (Th. 274.75. 335. 518. δ 563.68. Ξ 200.1. cf. Völcker. hom. Geogr. p. 156 sqq.). Ergo nihil est quod v. 169, etsi Proculo teste jam a veteribus quibusdam ejectus erat, pro spurio habeatur; cf. etiam simillimum Theogoniae v. 302.

Vv. 179—81 sunt emblema, quo haud scio an universum Operum et Dierum carmen inficetius habeat nullum: unde merito damnati sunt a Goettlingio, Lehrsio (l. l. p. 236), v. 179 etiam ab Hagenio (l. l. II p. XXIII) et Heyero (l. l. p. 27). Ut ab hoc versu incipiamus, apparet in aetate, qualem vv. 182—201 depingunt, locum non habere illud καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν. Quare jam Proculus interque recentiores G. Hermannus (Opusc. VI p. 169. 227) et Vollbehrius (l. l. p. 43) versibus 179—81 concludi arbitrabantur descriptionem aetatis quintae nondum prorsus perditae, quam tandem longe pessima omnium sexta exceptura esset. At nihil ut dicam de eo, quod ita locus de quinta aetate post exordium grande subito quasi mutilus praecideretur: nullus sane scriptor nisi imperitissimus ac stultissimus aetatis novae adumbrationem auspicatus esset ne lenissime quidem ejus indicato initio. Quod recte sentiens Hermannus olim ad eam conjecturam confugerat, ut plures versus excidisse statueret: quae omni caret fundamento. Potius tres illi versus interpositi sunt ab aliquo homine stolido, qui poetae mente non perspecta versu 179 attenuare studebat, quae nimia ipsi videbantur. Is versus fluxisse videtur ex Iliade Ω 529.30. Unde sententia vv. 180.81 sumpta sit, non expeditum est dictu neque vero quaerere attinet, unde baro iste nugas suas mutuatus sit. Nam si id sibi volunt illa εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν, ut homines cum morum pravitate tandem

ad summam imbecillitatem corporum delapsuri recensque nati senes sint futuri: tam pueriles ineptiae ab Hesiodo de sua ipsius aetate dicente effutitae esse nequeunt. Diversa est enim eorum ratio, quae de fabulosa aetate argentea protulerat vv. 130.31.

Spurii etiam sunt vv. 187—89 (cf. Lehrs. l. l. p. 237). Quod homines quintae aetatis sunt *σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες,* hoc satis superque elucet ex omnibus quae et praecedunt et sequuntur. Praeterea *ὄπιν εἰδότες* a consuetudine epica abhorrere videtur. Legimus *ὄπιν ἀλέγειν Π* 388. O. et D. 251, *αἰδεῖσθαι φ* 28, *τρομέειν υ* 215, *ὄπιδος δέος ξ* 88, *ὄπιν πεφυλαγμένος εἶναι* O. et D. 706, *ἀποδοῦναι* Th. 222, etiam *φρονέειν ξ* 82, nusquam vero *εἰδέναι.* Porro verba *οὐδὲ — δοῖεν* languide repetunt sententiam vv. 185. 86 et *χειροδίκαι* idem dicit, quod *δίκη ἐν χερσί* v. 192. Illud *ἕτερος — ἀλαπάξει* sane non est proprium hujus aetatis non bellicosae magis qualis et tertia fuerat et quarta, quam illiberali quaestus studio deditae. Ejecit v. 189 etiam Hagenius (l. l. II p. XXIV).

Jam resectis, quae ab interpolatoribus immissa fuerant, elegantissima totius loci compositio apparet. Vv. 176—78 ordiuntur ab eo, qui aetatis est *proprius*, labore nunquam cessante, quo aversis diis homines dies noctesque consumunt. Accedunt alia mala: non solum evanuit pietas prisca (182 - 84), sed etiam nefanda impietas exorta est (185.86); non tantum interiit religio jurisjurandi et legum et virtutis (190.91), sed in honore est pravitas, vis, perjurium (191—94). Haec omnia mala comprehenduntur gravissimis versibus 195.96.

V. 199 sine ulla dubitatione cum Bentleio, Göttlingio, Vollbehrio legendum est *ἴτον* pro codicum scriptura *ἴτην* defensa a Lehrsio (l. l. p. 232). Tempus futurum sensui, qualem explanavimus, unum aptum est,

praeteritum induxit diversa narratio posteriorum (v. Theogn. 1135—50. Arat. 133. 34. Ov. met. I, 150. Virg. Ecl. IV, 6 et quos praeterea ad eos locos attulerunt interpp.).

§. 6.

De versibus 202—285.

Emblematis longissimis exterminatis jam ad interruptum filum orationis revertamur. — Acerba illa irrisio, quae vv. 40.41 inerat, in proximis vel augetur repente prolata fabula, quae obscurior primo adspectu sensum reconditum mox aperit et est quasi responsum judicum plenum cavillationis superbissimae. Quantum sit inter illos hominemque de plebe discrimen praeclari vv. 204.5 vividissime depingunt imagine praepotentis accipitris et lusciniae paventis. Et quibus verbis nobiles quasi respondent omnibus Hesiodi lamentationibus, ne negant quidem injuriam: *ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων* (es hält dich *ebeneinmal* ein viel Stärkerer), cujus insolentiae imbecillior est ludibrio: *δεῖπνον δ' αἴ κ' ἐθέλω ποιήσομαι ἠὲ μεθήσω.* Cur mulcet lusciniam, vix ipse scit neque illud, sitne dimissurus an interfecturus.

Jam elucet, quam ineptum esset, si ullo eam praecepto dignam haberet. Nam nihil ei est nisi crepundia: num gaudeat an doleat non interest. Minime autem tumida verbositas vv. 210.11 (merito jam ab Aristarcho et recentioribus plerisque obelo notatorum) convenit brevitati illi frigidae, qua vv. 207—9 naturam accipitris tam praeclare expresserunt. Sed etiam ineptior est v. 202 a Twestenio (l. l. p. 21) et Göttlingio jure damnatus. Indice fabulae opus quidem erat post additamenta tanta, versu 41 modo praegresso quum

mire langueat, tum vero nobilium paucis ante versibus (38) facta mentione plane otiosus est.

De fabula scite monuit Vollbehrius l. l. p. 49): „Quae fabula nisi huic loco composita ad ipsum Hesiodum spectaret poetam, ex usu consueto columba lusciniae loco adhibita esset.“

V. 212 *ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, τανυσίπτερος ὄρνις.* Hoc versu ultimum recurrit ad avem superbam, nobilium effigiem. Tum quasi desperans fore, ut verbis suis illorum animos tangat, gravissima oratione ad fratrem convertitur 213 *ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε:* „saltem tu audi, si superbia illos reddidit surdos.“ Sequuntur rationes vv. 214—18. 1) *Perniciosa* est (ut studium litium — v. 30–33 — ita omnino) superbia homini de plebe: *ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ.* 2) Neque nobiles eam exercent *immune:* est enim tanquam onus grave, quo tandem opprimuntur: *οὐδέ μιν ἐσθλὸς ῥηιδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς, ἐγκύρσας ἄτῃσιν.* 3) Multo praestat via juris: *ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν κρείσσων ἐς τὰ δίκαια.* 4) Nam *tandem aliquando* superior evadit causa justa: *δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει ἐς τέλος ἐξελθοῦσα.* 5) Quod cave sero cognoscas: *παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.* Harum sententiarum quarta, jam verbis v. 36 *αἵτ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται* quodammodo praenunciata, nunc uberius tractatur estque vera propositio vv. 203—85: ita quidem ut ea, quae contra dicuntur (203 sqq.) etsi prioribus aptissime annexa, ipsi propositioni praemissa sint et haec jam aperte respondeat *θέσει* adversariorum *ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων.* Atque in illa sententia minime negligendum *ἐς τέλος ἐξελθοῦσα,* quod rebus Hesiodi in praesentia oppressi unum convenit. Quinta sententia est proverbium (*P* 32) epiphonematis loco, ut saepe in hoc carmine factum esse videmus, ab Hesiodo adhibitum.

Quis est, qui a nobilibus potentissimis poenas re-

petere possit? Ipsi dii jus tutantur eaque doctrina de divina vindicta injuriae, justitiae praemiis est argumentum propositionis. Sed inter illos ii maxime patrocinium juris suscipiunt, qui judicum injuria maximopere laeduntur, Ὅρκος et Δίκη. Namque ea sunt numina vera, non solum personae in hujus loci usum excogitatae (cf. Dissen. ad Pind. Pyth. VIII Introd. et ad v. 1. Nägelsbach. l. l. p. 89. 90. Wachsmuth. hell. Alterthumsk. II p. 449 et de deo Ὅρκῳ locos a Göttl. allatos). Verum quae de his profert, non mythi sunt sed allegoriae (de quo genere cf. Nägelsbach. l. l. p. 9). Quae apud Hesiodum pariter atque Homerum id propositum habent, ut cogitationi alicui abstractae quasi vitam ac vocem concilient: neque tamen fictae sunt nisi ad tempus, ut redeunte eadem re allegoriae jam nulla ratio habeatur. Quamobrem neque illud mirum, quod portae somniorum (τ 562 sqq.) vel allegoria de Λιταῖς et Ἄτῃ (Ι 502 sq.) apud Homerum nusquam recurrunt, neque hoc quod allegoriae Hesiodeae quamvis paullum inter se ipsae pugnant: at contraria juxta posita ne in allegoriis quidem locum habent.

Et prior quidem hujus loci allegoria est de Ὅρκῳ sententias injustas persequente et puniente (219). Vv. 220. 21 sine dubio spurii sunt (ejecit Lehrs. l. l. p. 240). Neque enim dicunt quidquam nisi *posse* judices jus flectere, si velint — quo quid potest esse vulgarius? — et idem bis dicunt ita, ut alterum membrum σκολιῇς — θέμιστας nihilo plus sit altero ᾗ — δωροφάγοι. Deinde vero cum verbis ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι proxima (ἕπεται — ἠέρα ἑσσαμένη — οἵτε μιν ἐξελάσωσι) aperte pugnant neque ulla ratione conciliari possunt. Nihil enim profeceris, si δίκην v. 220 abstractum, v. 222 nomen proprium esse existimes: quum eadem hujus loci sit natura, quam in Exordio invenimus, ut abstracti et personae notiones confundantur (v. Hagenii verba p. 23 allata). Ergo de iis, quae non videbantur diversa,

diversa praedicari nequeunt. Denique etiamsi diversa essent, certe *dea Δίκη* non poterat tantum his verbis *ἡ δέ*, quae referuntur ad ipsum abstractum, illi nomini abstracto *opponi*. Porro quod *ῥόθος* secundum Plutarchum ap. Proc. significatione Boeotis propria adhibitus est, sit licet verum, nihil ad defensionem versuum valet. Non enim necesse est interpolatorum neminem fuisse Boeotum.

Vv. 219. 222 sqq. expositionem illius *δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος κτε.* ita, partitione quadam facta, instituerunt, ut primo versu breviter ageretur de iis, ad quas *ὕβρις* perducit, *σκολιῇσι δίκῃσιν*, deinde ad *δίκην* (quae, paucis ante versibus nominata, satis denotatur pronomine *ἡ δέ*), transiretur, ad *ὕβριν* infra v. 238 rediretur. Et sanctissima dea *Δίκη* digna sub forma inducitur versibus 222—24: oculis non adspecta impios quasi *Ἐρινὺς* persequitur certamque iis parat perniciem. Cui loco opponitur venusta imago felicitatis eorum, qui eadem in omnes aequitate utuntur: in qua felicitate informanda Hesiodus libenter commoratur, quum tristia illa paucis verbis absolverit. Etenim in omni omnino carmine apparet animus mitis ac benevolus, qui quamvis laesus sit injuria nobilium, tamen acrem ulciscendi cupiditatem nusquam prodit (cf. Ranke de Op. et D. p. 48).

Repetunt quidem versuum 222—24 sententiam duo versus 238.39 magisque inculcant verbis paucis sed ponderosis *τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς:* neque tamen ut suppliciorum atrocium minas annectant, sed ut praeparent judicum ipsorum admonitionem gravissimam. Verum illi duo versus posterioribus non sufficiebant itaque exornationis causa additi vv. 240 47 (quos etiam Lehrs. ab antecedentibus separavit l. l. p. 241). E quibus vv. 240.41 interpolatoris manum eo produnt, quod praegressis male opponitur *πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα.* Quae verba non alia ratione interpretari licet

atque ut dicant: saepe non solum ipsi impii poenas sceleris luunt, sed universa civitas cum iis. At ex v. 227 luce clarius est non πολλάκι sed semper cives cum judicibus suis aut praemio affici aut poena (cf. vv. 260.61 et quae ad eum l. afferentur). Itaque unum hic erat aptum καὶ ἑνὸς ἀνδρός: vel pro singulis, non pluribus judicibus injustis. Sed sine dubio aliunde adscripta est sententia illa per se non inepta. Verum jam accedunt ipsius interpolatoris versiculi. Et v. quidem 242 ad ordiendam calamitatum enumerationem e v. 239 repetitus est (ita fere Twesten. quoque judicavit l. l. p. 34); sed μέγα πῆμα, solitum illud ceteroquin Hesiodo (v. p. 35), tamen post vindictae divinae (δίκην) minas vehementer languet. Operose consuta, quae sequuntur: λιμός e v. 230, cui per alliterationem additur λοιμός. Deinde ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί fortasse ex Iliade *E* 643 et verbis simillimum, sensu diversum μινύθουσι δὲ οἶκοι e v. 325 nostri carminis vel *P* 738. Inter quae οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν versui 235 praepostere oppositum esse videtur: in quo versu interpolator non magis quam Proculus illorum temporum opinionem propagatae virtutis perspexit. Tum sequitur versus complementum Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου (de quo tamen v. p. 43). Denique languidissime annexa sunt ultima verbis ἄλλοτε δ' αὖτε, ut clades exercitus vel interitus navium quasi fortuita calamitas videri debeat (cf. Twesten. l. l. p. 34. not. 2). Haec quoque haud scio an fluxerint e vv. 228.29. 236 perperam intellectis: in quibus videlicet non interitus copiarum naviumque in calamitatibus ducatur, sed ipsum bellum et navigatio mali sint satis.

Jam comparemus cum istis panniculis consarcinatis imaginem contrariam tam vividis expictam coloribus, quam arte eleganti compositam. Postquam res urbis populique florentes in genere indicavit v. 227, partes subjunguntur: pax est, non bellum (228.29), non fames

aliave calamitas, sed omnium rerum abundantia (230. 31): quam abundantiam auctor carminis georgici huic argumento convenienter per tres versus (232—34) exponit. Atque haec bona omnia cum virtute patrum filiis hereditate traduntur (235.36). Denique quasi cumulus bonorum accedit, quod ne navigatione quidem opus est (236.37). Nam satis illos alit terra: *καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα:* quae verba cave otiose repetita putes e v. 232, quum rationem illorum *οὐδ' — νείσσονται* contineant. Etenim particula *δέ* hic, ut sexcentis locis, valet *γάρ*.

Atque omnis illa felicitatis adumbratio continet ea, quae animos agricolarum, quales erant Perses ceterique Hesiodi auditores, maxime commovere debebant: quum in vv. 240—47 ne verbum quidem inveniatur de sterilitate agrorum vel pecoris infecunditate et quae sunt ejusmodi. Jam cum vv. 225 · 37 Homeri locum notissimum *τ* 109—14 diligenter comparare operae pretium est. Illic quoque fortuna civitatis a principibus justis administratae praedicatur tanta singulorum versuum cum nostro carmine similitudine (cf. 227 c. *τ* 114; 232 c. *τ* 111.12; 234 c. *τ* 113), ut haud scio an fontem Hesiodi in Homero agnoscere debeamus. At diversum consilium. Homerus enim non rusticorum, sed regum et nobilium sensus exprimit atque ut pacem primo loco posuerat Hesiodus, sic omnium primum praedicat virtutem bellicam: *ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων.* Quamobrem Plato (de rep. II. p. 363 B.) illum quidem immerito vituperat: quem longe altiorem vitae felicitatem quam voluptatem sensuum cognovisse e divinis versibus 109—11 eluceat; de Hesiodo etsi severe, non injuste tamen judicavit. Cum utriusque poetae locis porro conferenda est ejusdem rei tractatio in Hymn. Hom. 30, 9—15, locus venustus ac suavis, sed ejus naturae, cui nullum certum consilium propositum sit; denique e temporibus contentionum partium in civitatibus So-

lonis laus εὐνομίης mere politica (Sol. frgm. 2, 32 sqq. Schndw.). Comparatio loci Homerici cum Hesiodeo praeterea documento, si quid omnino, esse potest hunc ibi quoque, ubi illius vestigiis ingreditur, non esse imitatorem imperitum aut sententiarum inopem. Nam eandem materiam si sublimitate non pari, arte et elegantia haud minore tractavit. Itaque si cetera argumenta ad infirmandos vv. 240—47 parum valerent, satis opinor damnantur sola comparatione loci Homerici de poenis universo populo pro principum injustitia persolvendis, cujus loci tractatio quum gravis tum simplex et una exstat *Π* 384 sqq.

Quoniam substitimus in hac re atque a continuatione carminis nostri recessimus, liceat nobis de singulis versibus quaedam monere.

Ad v. 203. Fabula de accipitre et luscinia haud dubie antiquissimum sui generis apud scriptores Graecos est exemplum. Sed suppar tempore est fabula in oraculo apud Herod. V, 92. Quarum tamen neutra in apologorum Aesopiorum numero ducenda est, utpote quibus proprium sit, ut aliquod praeceptum *commune* exemplo firment atque explicent: sed sunt allegoriae et ejus quidem generis, quod vocatur *anthropomorphicum*, *certam* quandam *certarum personarum actionem* respicientes neque fere alia re apologis similes, quam quod personas illas sub bestiarum imagine inducunt. Ad idem genus referenda est fabula 2 Reg. 14, 9, quum allegoria 2 Sam. 12, 1 sqq. vel similitudine illa cum apologo careat. Ceterum et Hesiodo et Homero maxime usitata est allegoria *personificans*, inter quam et *metaphoricam* medius est Odysseae locus de portis somniorum. Aliud quoddam docendi genus apologo allegoriaeque finitimum, quod est per narrationem aliquam *non ad id ipsum inventam*, in Operibus et Diebus capite de Pandora resecto exstat nusquam; e carminibus Homericis

huc pertinent *I* 524—600. *T* 95—133. *Ω* 602—13: quibuscum cf. Th. 613.14.

V. 213 δίκην complecti omnem probitatem atque honestatem (Nägelsbach. l. l. p. 201. cf. Theogn. 147. 48 ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στιν, πᾶς δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθός, Κύρνε, δίκαιος ἐών), ὕβριν esse, quidquid illi adversetur (Nägelsbach. p. 281), vix opus est monito. Et idem atque δίκαιος valet εὔορκος v. 285 (Pind. Ol. II, 66 οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις, ubi Dissen.: „probitate, pietate. cf. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 61"): quapropter deus Ὅρκος (qui proprie est testis jurisjurandi v. *B* 755. *O* 38. Th. 400. 784. cf. Buttmann. Lexil. II p. 73 Pind. Pyth. IV, 167) juri patrocinatur.

V. 214 assentimur Gerhardi conjecturae οὐδέ μιν. Hagenius quidem (l. l. III p. 4) librorum scripturam μέν defendit: sed particularum οὐδὲ μέν usum docens acta egit. Id vellem probasset objectum hic abesse posse. Ad quod demonstrandum ne quis afferat *I* 79 ἐπεὶ οὐ μὲν ἐπέτρεπε γήραϊ λυγρῷ: verbum ἐπέτρεπε illo loco intransitive positum est.

Artissimo vinculo cum v. 239 cohaeret v. 248:

ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ τήνδε δίκην

ubi interpretes dubitare non debuerunt, quonam τήνδε δίκην referrent, si vv. 240—47 spurios esse intellexissent. Postquam enim poeta v. 239 impiis omnibus vindictam Jovis minatus est, jam ipsos judices vel graviore, quam antea fratrem, oratione compellat. Perses quidem lucri cupiditate occaecatus judices corruperat, sed longe major est culpa illorum, qui sanctitatis legum obliti, potestate sua nefarie abutuntur. Quare quum fratri etiam justitiae praemia proposuisset, judices tantum poenarum sceleris commonefacit atque eadem quater repetita sententia (249. 252. 256. 267: quam repetitio-

nem Twesten. l. l. p. 26 injuria censuit esse molestam) pronunciat, quam praesenti deorum tutela jus defendatur.

Propinqui enim semper omnibus hominum factis sunt *ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες* (252—55). Cum emphasi positum v. 249 *ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν* ac deinde *ἀθάνατοι* in primo v. 253 explicat illud *ἐγγὺς — ἀθάνατοι φράζονται*. Cum v. 249 sqq. ad sententiam cf. ϱ 485 87, quem locum Hesiodus in pangendis vv. 254.55 secutus esse videtur. — Atque ipsa virgo Dice est dea potentissima (*ἐστὶ* cum *κυδνή τ' αἰδοίη τε* conjungendum est), cujus imploratio vindictae a Jove nunquam non exauditur (256—62). Itaque Jovem, quem nihil fugit, neque id fugiet, quâlem justitiam haec civitas exerceat (267—69).

Hujus loci allegoriae prima specie et cum vv. 222—24 pugnare et inter se dissidere videntur. Sed prope omnia facili opera conciliantur. Namque vv. 252—55. 259.60 illud non negant Jovem omnia cernere, qui tum quoque cernat ipse, quum ministri ante eum viderunt. Ita in Odyssea (μ 374) Soli, *ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει*, tamen a Lampetie nuncius de bubus a sociis Ulixis mactatis affertur (cf. Pind. Pyth. IX, 43—49). Etiam duo loci de Dice in summa re consentiunt. Circumfusis nubibus, ut dii solent, ab adspectu hominum remota inter illos versatur (223) et si quis eam violavit (224 *οἵτε μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν*, 258 *ὁπόταν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων*), a Jove poenas delicti exorat. Duo quidem inter se pugnant versus:

222 *ἡ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν*

259 *αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι.*

Sed ne id quidem magnae offensioni esse potest, si et communem naturam allegoriarum et verum utriusque versus sensum loco suo aptissimum perpendas. V. 222 enim informat Dices persecutionem nunquam cessantem, convenienter verbis proxime praegressis *ἐς τέ-*

λος ἐξελϑοῦσα, v. 259 aditum ad Jovem ei semper patere declarat: id quod hic maxime valet ad docendum, quanto potentia illius vel maximis nobilium opibus praestet.

Vv. 261. 62 Lehrsius (l. l. p. 242) hic, „ubi reges admonentur et deterrentur", ineptos esse judicavit. At communis illorum temporum opinio erat simul puniri populum principesque (*Α* 142. *Π* 386—92. cf. Pind. Pyth. XII, 12), quae opinio non solum apud Graecos valebat, sed etiam apud Judaeos (2 Sam. 14) ceterasque Orientis nationes. — „Et genitivus" inquit Lehrsius „*βασιλέων* imperitum vel recentiorem auctorem prodit." Minime: v. *Ο* 660 *τοκέων* (paucis versibus post 663 *τοκήων*, utrumque flagitante metro), *Φ* 587 *τοκέων*, Hymn. Cer. 241 *γονέων* (Epigr. Hom. 14, 12 *κεραμέων*).

Jam si pergit Lehrsius: „vocativus *βασιλεῖς* ne ipse quidem ex more veterum epicorum est": ego quamquam neque hoc concedo — invenitur enim idem vocativus vel in nostro carmine v. 248 — tamen spurios esse vv. 263. 64 Lehrsio libenter assentior. Cujus rei alteram rationem perspexit Göttlingius, *μύϑους* non vulgari significatione adhibitos esse monens: quippe quae vox ni fallor nusquam nisi de oratione paulo longiore ponatur, non de brevibus sententiis judicum: quae quoties non suo nomine *δίκαι* vel *ϑέμιστες* appellantur, non sunt nisi *ἔπεα* (cf. v. 262 *δίκας ἐνέποντες*, *μ* 266 *ἔπος* de oraculo Tiresiae). Deinde vero hi versus meram v. 248 repetitionem continent et sono suo languidissimo a summa gravitate hujus loci mirum quantum discrepant. Atque ut in omnibus ejus generis versiculis *laceri dispersa membra poetae* agnovimus, sic hi quoque ex pannis Homericis et Hesiodeis inanibusque versuum complementis consuti sunt. Prima enim verba *ταῦτα φυλασσόμενοι* e sexcentis formulis epicis simillimis extricata ab eodemque, ut videtur, interpolatore repetita sunt v. 561 cf. 491. Cum *ἰϑύνετε μύ-*

θους cf. v. 9. Porro judicum epitheton *δωροφάγοι* et hic et v. 221 inepte repetitum e v. 39, cui uni aptum erat. Deinde cum *σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε* cf. v. 275. Tyrt. frgm. 9, 17 Schndw. Denique vv. 265. 66, sententiae bonae sed v. 261, plane contrariae, a lectoribus adscripti sunt (separavit Lehrs. l. l. p. 242).

At vv. 267—69 versui 262 aptissime annexi sententiam hucusque generalem jam aperte et graviter ad res ipsius poetae occasionemque fundendi carminis traducunt. Qui transitus, ut ad summum augeat pondus orationis, non fit nisi ultimo totius loci versu 269

οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει,

quo versu quodammodo ipse Jupiter Hesiodo patronus exsistit et carmen iterum quasi in aculeum exit: quamquam animus poetae longe altius hic quam vv. 40. 41 elatus est. — Offensioni quidem est in v. 267 et asyndeton et hiatus: quorum utrique medeare, si scribas *πάντα δ' ἰδών*. Ad sententiam vv. 267—69 cf. locos, quos attulit Nägelsbach. l. l. p. 17. 18.

Hunc locum, quo de justitia non desperatur, aliquis homo stultissimus cum adumbratione aetatis quintae, in qua futurum tempus non intellexit, sibi exaequandum esse putavit, quo consilio vv. 270—73 (a Rankio hes. St. p. 39 sine ulla causa pro jurisjurandi formula habitos) adjecit. Sed tam misere perfunctus est munere suo, ut v. 275 et cum vv. 270—72 et cum loco de aetate quinta magnopere pugnet: ne quid dicam de eo, quod verba *ἐπεὶ - ἕξει* propositioni vv. 203—85 *δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος κτε.* prorsus contraria sunt. Ceterum tanta his versibus cum vv. 179—81 naturae ac soni est similitudo, ut uterque locus vix diversum auctorem habere possit. Neque desunt vitia sermonis. Desideratur enim particula adversativa, quum *νῦν δή* nihil sit nisi *nunc ipsum*. Deinde otiose additum est *ἐν ἀνθρώποισι*, ridicule *μήτ' ἐμὸς υἱός*. Neque *μείζω δίκην ἕξει* e consuetudine epica dictum esse videtur.

Post judicum apostrophen et promissa praemiorum poenarumque minas ad ipsam litem Hesiodi traductas oratio rursus ad Persen convertitur ejusque sonus, qui primo acerbus atque amarus fuerat, deinde gravis summamque animi commotionem prodens, jam tranquillitati mitis sapientiae per totum carmen aequabili cedit. Ac primo quidem loco et velut in confinio primae et alterius Operum et Dierum partis est ἀνακεφαλαίωσις accuratissima, quae summam versuum 203—69 in breves gnomas contrahens agmen, quod usque ad v. 380 extenditur, gnomarum ducit.

Et ita quidem instituta est ἀνακεφαλαίωσις, ut v. 275 referat verba vibrantia universi loci δίκης — βίης, quorum hoc ὕβριος vicem obtinet. Deinde sensus fabulae in initio positae nunc demum dilucide enunciatur vv. 276—79. Quorum versuum extrema ἣ πολλὸν ἀρίστη γίγνεται (quae longe superior *fit* i. e. tandem aliquando vincit) manifesto repetunt propositionem δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει ἐς τέλος ἐξελθοῦσα. Neque argumenti repetitio brevissima desideratur (280—85): in qua merces tributa justitiae ὄλβος ejus exornationem loci (227 sqq.) in memoriam reducit. Verum poena, quae supra in versibus genuinis nominata erat nulla, hic una ponitur defectio generis: malum sanequam permagnum ex opinione illorum temporum: sed tamen hanc maxime ob causam posita esse videtur, unde aptus transitus fieret ad v. 285 ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Qui versus redit in oraculo Delphico apud Herod. VI, 86: quod etiam in allegoria Hesiodeis simillima aut Hesiodum (219. 222 sqq.) fortasse etiam Iliadem (*I* 504—6) secutum est aut ex fonte utrique communi hausit. Etenim cognationis quodam vinculo poesim gnomicam cum oraculis cohaerere non diffitendum est vel potius illa sunt magna ex parte carmina gnomica sed ad unam aliquam occasionem confecta. At ipsius

oraculi Delphici ut necessitudinem cum poesi Hesiodea ipsa fuisse judicemus (quae est sententia Göttlingii prol. XXIX sq.) nulla idonea causa est: quum quodvis carmen gnomicum illius aetatis, si quod superesset, eandem necessitudinem probaturum esset. Sed de his rebus fusius agemus in paragrapho septima hujus commentationis, ubi etiam ad id redeundum erit, quod nunc conjecturae loco ponimus: esse v. 285 et ipsum sententiam gnomarum collectionibus vulgatam atque epiphonematis vice in fine primae Operum et Dierum partis fungentem.

Singula si percenseas, nihil in vv. 274—85 est offensioni. Unum tantum miror: de structura vv. 275—79 interpretum, quod sciam, neminem ne verbo quidem monuisse. Est enim hoc exemplum luculentissimum ejus generis constructionis paratacticae pro hypotactica adhibitae, „dass dem Hauptgedanken und eigentlichen Inhalt der Rede ein beschränkender und überall nur einleitender Umstand durch die Part. *μέν* voraufgestellt wird, so dass jener durch ein *δέ* oder *ἀλλά* entgegengesetzt von dem ersten Gliede eine schärfere Beleuchtung und Hervorhebung empfängt“ (verba Classenii, qui de ejus structurae usu Homerico egit in programm. gymnas. Francof. 1854. p. 8 sq.).

Neque praetereunda verba *γιγνώσκων* v. 281 et *ἑκών* v. 282. Quorum ea ni fallor est vis, ut injuria Persae quodammodo ex inscitia repetatur et Hesiodus jam ignoscat ei omnisque fratrum discordia finita sit: *βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν* (275). Ad hanc explicationem magis etiam ducor verbis, quibus alteram carminis partem auspicatur: *σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση*. Perses aequum et bonum ignorat (*μέγα νήπιε*) egetque praeceptis. Haec jam frater, utpote *ἐσθλὰ νοέων*, de omnibus vitae rusticae negotiis ac necessitudinibus est daturus. Verba *σοὶ δέ* hic non prorsus eandem, quam in reliquo carmine, emphasim

habent, opposita non alii personae ante appellatae (p. 27), sed pronomini ἐγώ juxta posito.

Sed post Hesiodi ἀνακεφαλαίωσιν tempus est summam commentationis nostrae contrahere et compositionem primae Operum et Dierum partis brevissime describere. Exordium allegoria artificiose adornatum, quamquam argumentum partis majoris et positivae, ut ita dicam (inde a v. 286) jam indicavit v. 23 ἀρώμεναι ἠδὲ φυτεύειν οἶκόν τ' εὖ θέσθαι, tamen id illo quidem loco data occasione quasi obiter factum est. At magna cum emphasi posita est partis primae, quam dixeris negativam, sententia principalis v. 28 μηδέ — ἐρύκοι ratione simul habita et exordii (ἔρις) et partis alterius (ἔργον): ut hoc versu quodammodo universum carmen contineatur. Post brevissimam litis explicationem sententiis intermixtam sequitur propositio v. 217 δίκη — ἐξελθοῦσα, versibus 203—85 per omnes orationis justae partes pertractata. Antecedit ipsam propositionem θέσις adversariorum, in fabulae verbis v. 207 ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων latens, quae refutatur ipsa propositione ejusque tractatione (213—69): cujus argumentum et amplificatur (225—39) et allegoriis exornatur (219. 222—24. 249—69). Perorationis loco sunt vv. 274—85.

Non negligenda est varietas orationis, qua post exordium commune singuli loci alternis ad Persen et judices convertuntur. Nam etsi judices semel tantum appellantur, tamen fabulam quoque ad illos pertinere, non ad Persen ne interpolatorem quidem, auctorem versus 202 fugit. Itaque hoc exsistit partis primae schema:

I. Exordium v. 11 sqq. — 14 versus.
II. Admonitio Persae fratris v. 27 sqq. — 15 versus.
III. Quasi responsum judicum v. 203 sqq. — 8 versus.
IV. Admonitio Persae fratris v. 213 sqq. — 25 versus.
V. Admonitio judicum v. 248 sqq. — 18 versus.
VI. Praecepta ad Persen fratrem v. 274 sqq. — 12 versus.

Hucusque si artificiosam carminis nostri compositionem et in universum apparere statuimus et in singulis conati sumus demonstrare: jam illud non amplius reticendum est eam compositionem vel nostra sententia neque ubique ex consilio et ratione esse repetendam, quippe quae aliquatenus in rerum necessitate posita sit, neque tanta subtilitate partitionis, tanta sententiarum perspicuitate tamque aequabili omnium partium perfectione, quam post natam demum philosophiam et rhetoricam in Graecorum monumentis literarum invenimus, confectam esse atque absolutam. Quin etiam concedimus tractationem argumenti in allegoriis si minus esse longiorem, eo tamen peccare, quod versibus 249—69 locus simillimus vv. 219 sqq. sine idonea causa praemissus est. Verum enim vero hoc asseveramus atque contendimus: per totum Operum et Dierum carmen, quoad Hesiodi est, ne unum quidem versum aut ineptum aut obscurum aut languidum reperiri: potius in hac prima quidem parte et locorum docentium cum animum commoventibus elegantem esse varietatem et commotiones animi ab acerbitate ad dolorem, a dolore post oppositam felicitatis imaginem ad summam gravitatem commonendi cum arte praestantissima esse perductas. Superest ut in reliquis paragraphis commentationis nostrae probare studeamus alteram quoque ac tertiam carminis partem et cum prima vinculis indissolubilibus cohaerere et per capita singula apte eleganterque esse descriptas. Quod dum fecerimus, hunc fasciculum lecturos rogamus, ut sententiam de universo quidem conatu nostro proferant: cujusvis enim periculi restitutionis probatio firmissima est perfecta restitutio.

Restat ut emblematis resectis textum primae Operum et Dierum partis subjiciamus, in quo adornando Vollbehrii maxime recognitionem secuti sumus, servatis tamen versuum numeris Goettlingianis et interpunctione passim mutata.

I. Exordium.

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητή· διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
ἡ μὲν γὰρ πολεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
σχετλίη· οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτός, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βουλῇσιν Ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν·
τὴν δ' ἑτέρην προτέρην μὲν ἐγείνατο Νὺξ ἐρεβεννή,
θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων
γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω,
ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
πλούσιον, ὃ σπεύδει μὲν ἀρώμεναι ἠδὲ φυτεύειν
οἶκόν τ' εὖ θέσθαι, ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' Ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

II. Admonitio Persae fratris.

Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ,
μηδέ σ' Ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι
νείκε' ὀπιπτεύοντ' ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε
ᾧτινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν·

---

11. ἐρίδων Hagen. restituit, Göttl. mutaverat Ἐρίδων.

30. ὤρη Lehrs. et Hagen. cum codd. parte, ὥρη codd. plerique, Göttl. et Vollb.

τοῦ κε κορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοι
κτήμασ᾽ ἐπ᾽ ἀλλοτρίοις· σοὶ δ᾽ οὐκέτι δεύτερον ἔσται
ὧδ᾽ ἔρδειν, ἀλλ᾽ αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος 35
ἰθείῃσι δίκαις, αἳ ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ᾽ ἄλλα τε πολλὰ
ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσσαι,
νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός,
οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ. 41

III. Quasi responsum judicum.

Ὧδ᾽ ἴρηξ προςέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον 203
ὕψι μάλ᾽ ἐν νεφέεσσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς·
ἡ δ᾽ ἐλεὸν γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ᾽ ὀνύχεσσι
μύρετο· τὴν δ᾽ ὅγ᾽ ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε·
‘δαιμονίη, τί λέληκας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων·
τῇ δ᾽ εἶς ᾗ σ᾽ ἂν ἐγώ περ ἄγω καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν·
δεῖπνον δ᾽, αἴκ᾽ ἐθέλω, ποιήσομαι ἠὲ μεθήσω.’ 209
ὣς ἔφατ᾽ ὠκυπέτης ἴρηξ, τανυσίπτερος ὄρνις 212

IV. Admonitio Persae fratris.

Ὦ Πέρση, σὺ δ᾽ ἄκουε δίκης, μηδ᾽ ὕβριν ὄφελλε.
ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδέ μιν ἐσθλὸς
ῥηιδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ᾽ ὑπ᾽ αὐτῆς 215
ἐγκύρσας ἄτῃσιν· ὁδὸς δ᾽ ἑτέρηφι παρελθεῖν
κρείσσων ἐς τὰ δίκαια· δίκη δ᾽ ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει
ἐς τέλος ἐξελθοῦσα· παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.
αὐτίκα γὰρ τρέχει Ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν. 219
ἡ δ᾽ ἕπεται, κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν, 222
ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
οἵτε μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.
οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν 225
ἰθείας καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου,

---

33. ὀφέλλοι conj., ὀφέλλοις codd.
214. μιν conj. Gerhard., μέν codd.

τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ·
εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς,
230 οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
οὐδ' ἄτη, θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.
τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς
ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας·
εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι·
235 τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν·
θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
νείσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα,
239 τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.

V. Admonitio judicum.

248 Ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
τήνδε δίκην· ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
ἀθάνατοι φράζονται ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
ἀλλήλους τρίβουσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
255 ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
καί ῥ' ὁπόταν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
262 ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.
267 πάντα δ' ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας
καί νυ τάδ', αἴκ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται, οὐδέ ἑ λήθει
269 οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.

---

267. δὲ conj. additum.

VI. Praecepta ad Persen fratrem.

Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,
καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων·
ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς·
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίγνεται. εἰ γάρ τίς κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
γιγνώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς·
ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀασθῇ,
τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται,
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν
ἀμείνων.

τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ·
εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς,
οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
οὐδ' ἄτη, θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.
τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς
ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας·
εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι·
τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν·
θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
νείσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα,
τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.

V. Admonitio judicum.

Ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
τήνδε δίκην· ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
ἀθάνατοι φράζονται ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
ἀλλήλους τρίβουσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
καί ῥ' ὁπόταν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.
πάντα δ' ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας
καί νυ τάδ', αἴκ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται, οὐδέ ἑ λήθει
οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.

---

267. δὲ conj. additum.

VI. Praecepta ad Persen fratrem.

Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,
καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ᾽ ἐπιλήθεο πάμπαν.
τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων·
ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς·
ἀνθρώποισι δ᾽ ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίγνεται. εἰ γάρ τίς κ᾽ ἐθέλῃ τὰ δίκαι᾽ ἀγορεύειν
γιγνώσκων, τῷ μέν τ᾽ ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς·
ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀασθῇ,
τοῦ δέ τ᾽ ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται,
ἀνδρὸς δ᾽ εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.